ΙΛΕΩΣ εἰσάκουσον, ἀντιβολοῦμέν σε, Κύριε, τὰς προσευχὰς ἡμῶν, καὶ φεῖσαι πάντων τῶν τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐνώπιόν σου ἐξομολογημένων· ὅμως ὧν τὰ συνειδότα ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατηγορεῖται, αὐτοὶ ὑπὸ τῆς ἐλεήμονος συγγνώμης σου ἀπολυθῶσι, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἀμήν.

ΠΑΝΤΟΔΥΝΑΜΕ Θεὸς καὶ πολυέλεε Πάτερ, ὁ ἐπὶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους σπλαγχνιζόμενος, ὁ ὃ μὴ μισήσας οὐδὲν ὧν ἐδημιούργησας, ὁ δὴ καὶ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλ' ἵνα ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ ζήσεται· οἰκτιρμόνως σύγγνωθι ἡμῖν τὰ παραπτώματα ἡμῶν, πρόσδεξαι καὶ παραμύθησαι ἡμᾶς τοὺς λυπουμένους καὶ κοπιῶντας ὑπὸ βάρους ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Ἴδιον σοι ἐστὶν ἀεὶ ἐλεῆσαι· σοὶ μόνῳ προσήκει ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας· Φεῖσαι οὖν ἡμῶν, ἀγαθὲ Κύριε, φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου, ὃν ἐλυτρώσω· μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τῶν δούλων σου, φαύλης γῆς, καὶ ἀθλίων ὄντων ἁμαρτωλῶν. Ἀλλ' οὕτω τὴν ὀργήν σου ἀποστρέψῃς ἀφ' ἡμῶν, τὴν φαυλότητα ἡμῶν ταπεινῶς ὁμολογούντων, καὶ ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν ἡμῶν ἀληθῶς μετανοούντων, καὶ οὕτως εἰς τὸ βοηθῆσαι ἡμῖν πρόσχες ἐν τῷ ἰῦν αἰῶνι, ὅπως σοι διαπαντὸς συζήσωμεν ἐν τῷ μέλλοντι, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἀμήν.

Τότε ὁ λαὸς μετὰ τὸν Ἱερέα πᾶσα τὸ ἑπόμενον ἐρεῖ.

ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ ἡμᾶς Θεὸς ὁ Κύριος, ᾧ ἐπιστραφησόμεθα· Ἱλάσθητι Κύριε, ἱλάσθητι τῷ λαῷ σου, τῷ ἐπιστραφέντι πρός σε ἐν κλαυθμῷ, νηστείᾳ, καὶ προσευχῇ. Σὺ γὰρ ἐλεήμων ὁ Θεὸς, οἰκτίρμων, μακροθυμος καὶ πολυέλεος. Σὺ φοιδῇ ὅτε ἡμεῖς ἄξιοί ἐσμεν τιμωρίας, ᾧ ἐν ὀργῇ σου μιμνησκῃ τοῦ ἐλέους· Φεῖσαι, ἀγαθὲ Κύριε, φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ ὄφῃς τὴν κληρονομίαν σε εἰς ὄνειδος. Εἰσάκουσον ἡμῶν, Κύριε, ὅτι τὸ ἔλεός σου μέγα ἐστὶ, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐπίδε ἡμᾶς διὰ τῆς ἀξίας καὶ ἐντεύξεως τοῦ εὐλογητοῦ Υἱοῦ σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἀμήν.

Τότε ὁ Λειτουργὸς μόνος ἐρεῖ,

ΕΥΛΟΓΗΣΑΙ ὑμᾶς Κύριος, ᾧ φυλάξαι ὑμᾶς· Ἐπιφάναι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ὑμᾶς, καὶ δῴη ὑμῖν εἰρήνην νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

LITURGIA POLYGLOTTA

Preces in usum Navigantium.

ANGLICANA.

FORMS OF PRAYER TO BE USED AT SEA.

The Morning and Evening Service to be used daily at Sea shall be the same which is appointed in the Book of Common Prayer.

These two following Prayers are to be also used in his Majesty's Navy every day.

O ETERNAL Lord God, who alone spreadest out the heavens, and rulest the raging of the sea; who hast compassed the waters with bounds until day and night come to an end; Be pleased to receive into thy Almighty and most gracious protection the persons of us thy servants, and the Fleet in which we serve. Preserve us from the dangers of the sea, and from the violence of the enemy; that we may be a safeguard unto our most gracious Sovereign Lord, King GEORGE, and his Dominions, and a security for such as pass on the seas upon their lawful occasions; that the inhabitants of our Island may in peace and quietness serve thee our God; and that we may return in safety to enjoy the blessings of the land, with the fruits of our labours, and with a thankful remembrance of thy mercies to praise and glorify thy holy Name; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

The Collect.

PREVENT us, O Lord, in all our doings, with thy most gracious favour, and further us with thy continual help; that in all our works begun, continued, and ended in thee, we may glorify thy holy Name, and finally by thy mercy obtain everlasting life; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

Prayers to be used in Storms at Sea.

O MOST powerful and glorious Lord God, at whose command the winds blow, and lift up the waves of the sea, and who stillest the rage thereof; We thy creatures, but miserable sinners, do in this our great distress cry unto thee for help: Save, Lord, or else we perish. We confess, when we have been safe, and seen all things quiet about us, we have forgot Thee our God, and refused to hearken to the still voice of thy word, and to obey thy commandments: But now we see, how terrible thou art in all thy works of wonder; the great God to be feared above all: And therefore we adore thy divine Majesty, acknowledging thy power, and imploring thy goodness. Help, Lord, and save us for thy mercy's sake in Jesus Christ thy Son, our Lord. *Amen.*

Or this.

O MOST glorious and gracious Lord God, who dwellest in heaven, but beholdest all things below; Look down, we beseech thee, and hear us, calling out of the depth of misery, and out of the jaws of this death, which is ready now to swallow us up: Save, Lord, or else we perish. The living, the living, shall praise thee. O send thy word of command to rebuke the raging winds, and the roaring sea; that we, being delivered from this distress, may live to serve thee, and to glorify thy Name all the days of our life. Hear, Lord, and save us, for the infinite merits of our blessed Saviour, thy Son, our Lord Jesus Christ. *Amen.*

The Prayer to be said before a Fight at Sea against any Enemy.

O MOST powerful and glorious Lord God, the Lord of hosts, that rulest and commandest all things; Thou sittest in the throne judging right, and therefore we make our address to thy Divine Majesty in this our necessity, that thou wouldest take the cause into thine own hand, and judge between us and our enemies. Stir up thy strength, O Lord, and come and help us; for thou givest not alway the battle to the strong, but canst save by many or by few. O let not our sins now cry against us for vengeance; but hear us thy poor servants begging mercy, and imploring thy help, and that thou wouldest be a defence unto us against the face of the enemy. Make it appear that thou art our Saviour and mighty Deliverer, through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

Short Prayers for single persons, that cannot meet to join in Prayer with others, by reason of the Fight or Storm.

General Prayers.

LORD, be merciful to us sinners, and save us for thy mercy's sake.

Thou art the great God, that hast made and rulest all things: O deliver us for thy Name's sake.

Thou art the great God to be feared above all: O save us, that we may praise thee.

Special Prayers with respect to the Enemy.

THOU, O Lord, art just and powerful: O defend our cause against the face of the enemy.

O God, thou art a strong tower of defence to all that flee unto thee: O save us from the violence of the enemy.

O Lord of hosts, fight for us, that we may glorify thee.

O suffer us not to sink under the weight of our sins, or the violence of the enemy.

O Lord, arise, help us, and deliver us for thy Name's sake.

Short Prayers in respect of a Storm.

THOU, O Lord, that stillest the raging of the sea, hear, hear us, and save us, that we perish not.

O blessed Saviour, that didst save thy disciples ready to perish in a storm, hear us, and save us, we beseech thee.

Lord, have mercy upon us,
Christ, have mercy upon us.
Lord, have mercy upon us.
O Lord, hear us.
O Christ, hear us.

God the Father, God the Son, God the Holy Ghost, have mercy upon us, save us now and evermore. Amen.

OUR Father which art in heaven, &c.

When there shall be imminent danger, as many as can be spared from necessary service in the Ship shall be called together, and make an humble Confession of their sin to God: in which every one ought seriously to reflect upon those particular sins of which his conscience shall accuse him; saying as followeth,

LATINA.

PRECES IN USUM NAVIGANTIUM.

¶ *Preces Matutinæ et Vespertinæ, in usum Navigantium, eædem erunt, quæ habentur in Libro Precum Publicarum.*

¶ *Duarum quoque sequentium Precationum in Regiis Navibus quotidianus usus erit.*

O ÆTERNE Deus! qui solus expandis cœlos, et æstum maris compescis; qui aquas certis limitibus circumscripsisti, donec dies et nox non sint amplius; dignare nos famulos tuos, una cum classe cui operam nostram navamus, in omnipotentem et clementissimam tutelam tuam recipere. Nos tutos præsta a periculo maris, et ab hostium violentia; ut simus præsidium clementissimo Regi nostro *GEORGIO*, et Regnis ejus; et tutamen navigantium ad agenda negotia sua legitima; ut insulæ nostræ incolæ tibi Deo nostro in pace et quiete servire queat; nos vero redeamus incolumes, terræ commoda, et laborum nostrorum fructus percepturi; et, grata memoria miserationes tuas recolentes, laudemus et glorificemus sanctum Nomen tuum, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

Collecta.

ACTIONES nostras singulas, Domine clementissime, tuo favore præveni, et perpetuo auxilio prosequere; ut, in omnibus operibus nostris, in te inceptis, continuatis, et finitis, sanctum nomen tuum glorificemus, et tandem, miseratione tua, vitam æternam consequamur, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *Precationes in Maris Procellis a Navigantibus usurpandæ.*

O POTENTISSIME et gloriosissime Domine Deus! quo jubente, venti flant, et undas maris commovent; quique illius ferventem æstum cohibes; nos, creaturæ tuæ, sed miseri peccatores, ad te clamamus, opem tuam implorantes in summis, quibus urgemur, angustiis. Serva, Domine! alioqui perimus. Confitemur, nos tui, Dei nostri, oblitos esse, dum in tuto navigaremus, et tranquilla omnia haberemus; et verbi tui placidam vocem audire, et mandatis tuis obsequi, noluisse. Jam vero perspectum habemus, quam terribilis sis in cunctis mirabilibus tuis, Deus summus, supra omnia tremendus. Ideoque divinam Majestatem tuam adoramus, potentiam tuam agnoscentes, et bonitatis tuæ opem implorantes. Adesto, Domine! et serva nos propter misericordiam tuam, in Jesu Christo, Filio tuo, Domino nostro. *Amen.*

¶ *Aut hæc.*

O GLORIOSISSIME et clementissime Domine Deus! qui in cœlis habitas, sed inferiora hæc omnia intueris; respice nos, quæsumus; et exaudi nos, ad te clamantes de profundis, et de faucibus mortis hujus jamjam nos voraturæ. Serva, Domine! alioqui perimus. Vivi, vivi laudabunt te. Emitte vocem mandati tui ad corripiendum sævientes ventos, et tumultuans mare; ut, ex his angustiis erepti, vivamus tibi servituri, et nomen tuum glorificemus omnibus diebus vitæ nostræ. Exaudi, Domine! et serva nos, propter infinita merita benedicti Servatoris nostri, Filii tui, Domini Jesu Christi. *Amen.*

¶ *Precatio dicenda ante committendum navale Prælium eum quovis hoste.*

O POTENTISSIME et gloriosissime Domine Deus! Domine exercituum! qui omnia regis, et imperio tuo subjicis; sedes super solio, recte judicans; ideoque ad divinam tuam Majestatem confugimus in hac nostra necessitate; ut ipse velis causam cognoscere, et judicare inter nos et hostes nostros. Excita virtutem tuam, Domine! adesto, et adjuva nos; quia non semper iis victoriam tribuis, qui viribus præstant, sed servare potes, seu magno seu parvo numero. Ne sinas peccata nostra clamorem attollere contra nos ad vindictam; sed nos, miseros famulos tuos, veniam suppliciter exorantes, et opem implorantes, exaudias; sisque nobis propugnaculum a facie inimici. Ostende te nostrum esse Servatorem, et potentem liberatorem, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *Breves quædam Orationes, in usum eorum qui non possunt præsentes adesse, et interesse cæterorum precibus, obstante prælio, aut tempestate.*

¶ *Precationes Generales.*

DOMINE! misericors esto in nos peccatores; et serva nos propter misericordiam tuam.

Tu magnus ille Deus es, qui condidisti, quique regis universa. O! libera nos propter Nomen tuum.

Tu magnus ille Deus es, supra omnia tremendus. O! serva nos, ut te celebremus.

¶ *Speciales Precationes, habito respectu ad hostem.*

TU Dominus justus es ac potens. O! tuere causam nostram a facie inimici.

O Deus, turris fortitudinis omnibus qui ad te confugiunt! serva nos a violentia hostis.

O Domine exercituum! pugna pro nobis, ut tibi gloriam tribuamus.

Ne patiaris nos sub pondere peccatorum nostrorum, vel hostium vi, succumbere.

Surge, Domine! adjuva nos, et libera nos, propter Nomen tuum.

¶ *Breves Precationes, respectu habito ad tempestatem.*

TU, Domine! qui maris æstum sævientem sedas, audi, exaudi, ac serva nos, ne pereamus.

O benedicte Servator! qui servasti discipulos tuos, in media tempestate jamjam perituros, audi et serva nos, quæsumus.

Domine, miserere nostri.
Christe, miserere nostri.
Domine, miserere nostri.
Domine, exaudi nos.
Christe, exaudi nos.

Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, misereatur nostri, et servet nos nunc et semper. Amen.

PATER noster, &c.

¶ *Imminente periculo, quotquot a nauticis laboribus, absque navis periculo, vacare poterunt, ii convocabuntur omnes, et peccatorum suorum humilem edent confessionem coram Deo. In qua unusquisque serio attendat ad singula ea peccata, quorum sua eum accusabit conscientia, dicens, prout sequitur.*

LITURGIA POLYGLOTTA.

Preces in usum Navigantium.

ANGLICANA.

FORMS OF PRAYER TO BE USED AT SEA.

The Confession.

ALMIGHTY God, Father of our Lord Jesus Christ, Maker of all things, Judge of all men; We acknowledge and bewail our manifold sins and wickedness, Which we, from time to time, most grievously have committed, By thought, word, and deed, Against thy Divine Majesty, Provoking most justly thy wrath and indignation against us. We do earnestly repent, And are heartily sorry for these our misdoings; The remembrance of them is grievous unto us; The burden of them is intolerable, Have mercy upon us, Have mercy upon us, most merciful Father; For thy Son our Lord Jesus Christ's sake, Forgive us all that is past; And grant that we may ever hereafter Serve and please thee In newness of life, To the honour and glory of thy Name; Through Jesus Christ our Lord. Amen.

Then shall the Priest, if there be any in the Ship, pronounce this Absolution.

ALMIGHTY God, our heavenly Father, who of his great mercy hath promised forgiveness of sins to all them that with hearty repentance and true faith turn unto him; Have mercy upon you; pardon and deliver you from all your sins; confirm and strengthen you in all goodness, and bring you to everlasting life; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

Thanksgiving after a Storm.

Jubilate Deo. Psalm lxvi.

Confitemini Domino. Psalm cvii.

Collects of Thanksgiving.

O MOST blessed and glorious Lord God, who art of infinite goodness and mercy; We thy poor creatures, whom thou hast made and preserved, holding our souls in life, and now rescuing us out of the jaws of death, humbly present ourselves again before thy Divine Majesty, to offer a sacrifice of praise and thanksgiving, for that thou heardest us when we called in our trouble, and didst not cast out our prayer, which we made before thee in our great distress: Even when we gave all for lost, our ship, our goods, our lives, then didst thou mercifully look upon us, and wonderfully command a deliverance; for which we, now being in safety, do give all praise and glory to thy holy Name; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

Or this.

O MOST mighty and gracious good God, thy mercy is over all thy works, but in special manner hath been extended toward us, whom thou hast so powerfully and wonderfully defended. Thou hast shewed us terrible things, and wonders in the deep, that we might see how powerful and gracious a God thou art; how able and ready to help them that trust in thee. Thou hast shewed us how both winds and seas obey thy command; that we may learn, even from them, hereafter to obey thy voice, and to do thy will. We therefore bless and glorify thy Name, for this thy mercy in saving us, when we were ready to perish. And, we beseech thee, make us as truly sensible now of thy mercy, as we were then of the danger: and give us hearts always ready to express our thankfulness, not only by words, but also by our lives, in being more obedient to thy holy commandments. Continue, we beseech thee, this thy goodness to us; that we, whom thou hast saved, may serve thee in holiness and righteousness all the days of our life; through Jesus Christ our Lord and Saviour. *Amen.*

An Hymn of Praise and Thanksgiving after a dangerous Tempest.

O COME, let us give thanks unto the Lord, for he is gracious: and his mercy endureth for ever.

Great is the Lord, and greatly to be praised; let the redeemed of the Lord say so: whom he hath delivered from the merciless rage of the sea.

The Lord is gracious and full of compassion: slow to anger, and of great mercy.

He hath not dealt with us according to our sins: neither rewarded us according to our iniquities.

But as the heaven is high above the earth: so great hath been his mercy towards us.

We found trouble and heaviness: we were even at death's door.

The waters of the sea had well-nigh covered us: the proud waters had well-nigh gone over our soul.

The sea roared: and the stormy wind lifted up the waves thereof.

We were carried up as it were to heaven, and then down again into the deep: our soul melted within us, because of trouble;

Then cried we unto thee, O Lord: and thou didst deliver us out of our distress.

Blessed be thy Name, who didst not despise the prayer of thy servants: but didst hear our cry, and hast saved us.

Thou didst send forth thy commandment: and the windy storm ceased, and was turned into a calm.

O let us therefore praise the Lord for his goodness: and declare the wonders that he hath done, and still doeth for the children of men.

Praised be the Lord daily: even the Lord that helpeth us, and poureth his benefits upon us.

He is our God, even the God of whom cometh salvation: God is the Lord by whom we have escaped death.

Thou, Lord, hast made us glad through the operation of thy hands: and we will triumph in thy praise.

Blessed be the Lord God: even the Lord God, who only doeth wondrous things.

And blessed be the Name of his Majesty for ever: and let every one of us say, Amen Amen.

Glory be to the Father, &c.

As it was in the beginning, &c.

2 Cor. xiii.

THE grace of our Lord Jesus Christ, and the love of God, and the fellowship of the Holy Ghost, be with us all evermore. *Amen.*

After Victory or Deliverance from an Enemy.

A Psalm or Hymn of Praise and Thanksgiving after Victory.

IF the Lord had not been on our side, now may we say: if the Lord himself had not been on our side, when men rose up against us;

LATINA.

PRECES IN USUM NAVIGANTIUM.

OMNIPOTENS Deus! Pater Domini nostri Jesu Christi! rerum omnium conditor! hominum omnium judex! confitemur ac deploramus multiplicia peccata et scelera nostra, quæ toties flagitiose admodum commisimus, cogitatione, verbo, et opere, contra divinam tuam Majestatem, iram atque indignationem tuam adversus nos justissime provocantes. Serio nos pœnitet, ex animoque dolemus, ob ejusmodi delicta nostra; eorum recordatio nobis acerba est, onus autem intolerabile. Miserere nostri, miserere nostri, Pater summe misericors! Propter Filium tuum, Jesum Christum, Dominum nostrum, præteritorum omnium veniam concede. Da etiam, ut in posterum semper tibi serviamus et placeamus in novitate vitæ, ad nominis tui honorem et gloriam; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *Tum Presbyter, siquis in navi adsit, hanc Absolutionem pronuntiabit.*

OMNIPOTENS Deus, Pater noster cœlestis, qui, ex summa sua misericordia, peccatorum remissionem promisit iis omnibus qui, serio atque ex animo pœnitentes, cum vera fide ad eum se converterint, vestri misereatur; peccata vestra vobis omnia condonet, ab iisque vos liberet; vos confirmet et roboret in omni bono; vosque perducat ad vitam æternam, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

Gratiarum Actiones post Tempestatem.

Jubilate Deo. Psal. lxvi.

Confitemini Domino. Psal. cvii.

Collecta pro Gratiarum Actione.

O SUMMUM benedicte et gloriosissime Domine Deus, bonitatis et misericordiæ infinitæ! nos, viles tuæ creaturæ, quos condidisti et conditos servasti, animas nostras sustentans, et jam nos eripiens e faucibus mortis, præsentes denuo adsumus, magna cum animi demissione, coram divina tua Majestate, ut offeramus tibi sacrificium laudis, et gratiarum actionis, quoniam audisti nos in adversis clamantes; et orationem nostram non rejecisti, quam effudimus coram te in magnis angustiis nostris. Etiam cum omnia periisse crederemus, navem, bona, nos ipsos, tunc misericorditer nos respexisti; et nos mirandum in modum liberatos voluisti: pro quibus, jam in tuto collocati, omnimodam laudem ac gloriam sancto Nomini tuo tribuimus, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *Aut hæc.*

O POTENTISSIME et clementissime Domine Deus! misericordia tua durat in sæcula super omnia opera tua; eam vero præcipue super nos extendisti, quos adeo potenter ac mirabiliter defendisti. Ostendisti terribilia ac mirabilia nobis in profundo, ut compertum haberemus, quam sis Deus fortis ac benignus; quam potens paratusque ad adjuvandum eos qui in te confidunt. Manifestum nobis fecisti, ventos etiam et mare imperio tuo subjecta esse, tuisque mandatis obsequi; ut ab iis etiam discamus auscultare voci tuæ, et facere voluntatem tuam. Itaque nomini tuo benedicimus, et gloriam tribuimus, propter hanc misericordiam tuam in nobis servandis, qui tantum non perieramus. Fac etiam, quæsumus, ut accepti beneficii sensu non minus nunc afficiamur, quam pridem commoti fuimus periculo. Et da nobis corda semper parata ad testandum grati animi sensum, non verbis modo, sed etiam vivendi ratione, et sanctorum mandatorum tuorum diligentiori observatione. Hanc benignitatem tuam (quæsumus) erga nos perpetuam esse velis; ut, quos tu salvos fecisti, tibi in sanctitate et justitia serviamus omnibus diebus vitæ nostræ; per Jesum Christum, Dominum et Servatorem nostrum. *Amen.*

¶ *Hymnus Laudis et Gratiarum Actionis post periculosam Tempestatem.*

VENITE! confitemini Domino, quia bonus est; et in sæculum misericordia ejus.

Magnus Dominus, et laudabilis nimis, dicant qui redempti sunt a Domino; quos redemit ab immani rabie maris.

Miserator et misericors Dominus, longanimis, et multum misericors.

Non secundum peccata nostra fecit nobis; neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam, secundum altitudinem cœli a terra, corroboravit misericordiam super timentes se.

Tribulationem et dolorem invenimus: appropinquavimus usque ad portas mortis.

Undæ maris prope nos operuerant: prope pertransiit anima nostra aquam intolerabilem.

Sonuit mare; et spiritus procellæ exaltavit fluctus ejus.

Ascendimus usque ad cœlos, et descendimus usque ad abyssos: anima nostra in malis tabescebat.

Et clamavimus ad te, Domine: et de necessitatibus nostris eduxisti nos.

Benedictum sit nomen tuum, qui non sprevisti preces famulorum tuorum: sed audiisti clamorem nostrum, et salvasti nos.

Emisisti verbum tuum; et statuisti procellam in auram.

Confiteantur Domino misericordiæ ejus; et mirabilia ejus filiis hominum.

Laudetur Dominus tota die: Dominus adjutor noster, qui effundit bona sua super nos.

Ipse Deus noster, a quo salutare nostrum: Dominus Deus, per quem morti erepti fuimus.

Tu, Deus, lætificasti nos operibus manuum tuarum: et in laude tua exsultabimus.

Benedictus Dominus Deus, qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen Majestatis ejus in æternum: et dicat unusquisque nostrum, Amen! Amen!

Gloria Patri, &c.

2 *Cor.* xiii. 14.

GRATIA Domini nostri, Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus, sit cum omnibus nobis, nunc et semper. *Amen.*

Post reportatam Victoriam, et ab hoste liberationem.

¶ *Psalmus, aut Hymnus laudis et Gratiarum Actionis, post Victoriam.*

NISI quia Dominus erat in nobis, dicamus nunc: nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos;

LITURGIA POLYGLOTTA

Preces in usum Navigantium.

ANGLICANA.

FORMS OF PRAYER USED AT SEA.

They had swallowed us up quick: when they were so wrathfully displeased at us.

Yea, the waters had drowned us, and the stream had gone over our soul: the deep waters of the proud had gone over our soul.

But praised be the Lord: who hath not given us over a prey unto them.

The Lord hath wrought: a mighty salvation for us.

We gat not this by our own sword, neither was it our own arm that saved us: but thy right hand, and thine arm, and the light of thy countenance, because thou hadst a favour unto us.

The Lord hath appeared for us: the Lord hath covered our heads, and made us to stand in the day of battle.

The Lord hath appeared for us: the Lord hath overthrown our enemies, and dashed in pieces those that rose up against us.

Therefore not unto us, O Lord, not unto us: but unto thy Name be given the glory.

The Lord hath done great things for us: the Lord hath done great things for us, for which we rejoice.

Our help standeth in the Name of the Lord: who hath made heaven and earth.

Blessed be the Name of the Lord: from this time forth for evermore.

Glory be to the Father, &c.

As it was in the beginning, &c.

After this Hymn may be sung the Te Deum.

Then this Collect.

O ALMIGHTY God, the Sovereign Commander of all the world, in whose hand is power and might which none is able to withstand; We bless and magnify thy great and glorious Name for this happy Victory, the whole glory whereof we do ascribe to thee, who art the only giver of Victory. And, we beseech thee, give us grace to improve this great mercy, to thy glory, the advancement of thy Gospel, the honour of our Sovereign, and, as much as in us lieth, to the good of all mankind. And, we beseech thee, give us such a sense of this great mercy, as may engage us to a true thankfulness, such as may appear in our lives by an humble, holy, and obedient walking before thee all our days, through Jesus Christ our Lord; to whom with thee and the Holy Spirit, as for all thy mercies, so in particular for this Victory and Deliverance, be all glory and honour, world without end. *Amen.*

2 Cor. xiii.

THE grace of our Lord Jesus Christ, and the love of God, and the fellowship of the Holy Ghost, be with us all evermore. *Amen.*

At the Burial of their Dead at Sea.

The Office in the Common Prayer-book may be used; only instead of these words [We therefore commit his body to the ground, earth to earth, &c.] *say,*

WE therefore commit his body to the deep, to be turned into corruption, looking for the resurrection of the body, (when the Sea shall give up her dead,) and the life of the world to come, through our Lord Jesus Christ; who at his coming shall change our vile body, that it may be like his glorious body, according to the mighty working, whereby he is able to subdue all things to himself.

A FORM OF PRAYER WITH THANKSGIVING,

To be used yearly upon the Fifth Day of November.

For the happy deliverance of King *JAMES* I. and the Three Estates of *England*, from the most traiterous and bloody-intended Massacre by Gunpowder: And also for the happy Arrival of his Majesty King *William* on this day, for the Deliverance of our Church and Nation.

The Minister of every Parish shall give warning to his Parishioners publicly in the Church at Morning Prayer, the Sunday before, for the due Observation of the said Day. And after Morning Prayer, or Preaching, upon the said Fifth Day *of* November, *shall read publicly, distinctly, and plainly, the* Act of Parliament, *made in the Third Year of King* James *the First, for the Observation of it.*

The Service shall be the same with the usual Office for Holy-days in all things; except where it is hereafter otherwise appointed.

If this Day shall happen to be Sunday, only the Collect proper for that Sunday shall be added to this Office in its place.

Morning Prayer shall begin with these Sentences.

THE Lord is full of compassion, and mercy: long-suffering, and of great goodness. *Ps.* ciii. 8.

He will not alway be chiding: neither keepeth he his anger for ever. *Ver.* 9.

He hath not dealt with us after our sins: nor rewarded us according to our wickedness. *Ver.* 10.

Instead of Venite exultemus *shall this Hymn following be used; one Verse by the Priest, and another by the Clerk and people.*

O GIVE thanks unto the Lord, for he is gracious: and his mercy endureth for ever. *Psalm* cvii. 1.

Let them give thanks, whom the Lord hath redeemed: and delivered from the hand of the enemy. Ver. 2.

Many a time have they fought against me from my youth up: may Israel now say. *Psalm* cxxix. 1.

Yea, many a time have they vexed me from my youth up: but they have not prevailed against me. Ver. 2.

They have privily laid their net to destroy me without a cause: yea, even without a cause have they made a pit for my soul. *Psalm* xxxv. 7.

They have laid a net for my feet, and pressed down my soul: they have digged a pit before me, and are fallen into the midst of it themselves. Psalm lvii. 7.

Great is our Lord, and great is his power: yea, and his wisdom is infinite. *Psalm* cxlvii. 5.

The Lord setteth up the meek: and bringeth the ungodly down to the ground. Ver. 6.

Let thy hand be upon the man of thy right hand: and upon the son of man whom thou madest so strong for thine own self. *Psalm* lxxx. 17.

And so will not we go back from thee: O let us live, and we shall call upon thy Name Ver. 18.

LATINA.

PRECES IN USUM NAVIGANTIUM.

Vivos deglutissent nos, cum irasceretur furor eorum in nos.

Imo aqua absorbuisset nos: torrentem pertransisset anima nostra: pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Dominus erexit cornu salutis nobis.

Nec enim in gladio nostro vicimus; et brachium nostrum non salvavit nos; sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in nobis.

Stetit a nobis Dominus: Deus cooperuit capita nostra, et sustentavit nos in prœlio.

Stetit a nobis Dominus: Dominus prostravit inimicos nostros, et confregit insurgentes in nos.

Non nobis igitur, Domine, non nobis, sed nomini tuo, da gloriam.

Fecit nobis magna Dominus: Dominus fecit nobis magna, in quibus lætamur.

Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum, *Amen.*

¶ *Finito hoc Hymno, poterit cantari,*
Te Deum.

Dein sequetur hæc Collecta.

OMNIPOTENS Deus, totius orbis moderator! in cujus manu sunt potentia et virtus, quibus nemo potest resistere; benedicimus et magnificamus magnum et gloriosum nomen tuum, ob felicem hanc victoriam, cujus gloriam totam tibi tribuimus, qui unicus es victoriarum largitor. Da etiam, quæsumus, ut hac victoria utamur ad gloriam tuam, Evangelii tui incrementum, Principis nostri honorem, et (quantum quidem in nobis est) ad totius generis humani utilitatem et commodum. Insuper concede, quæsumus, ut tanti beneficii memoria mentibus nostris adeo infixa hæreat, ut vere gratos nos ob illud præbeamus, idque testatum faciamus vita et moribus, humiliter, sancte, et obsequenter in conspectu tuo ambulando omnibus diebus nostris, per Jesum Christum, Dominum nostrum; cui, una tecum et cum Spiritu Sancto, pro omnibus beneficiis tuis, præsertim vero pro hac victoria ac liberatione, sit omnis gloria et honor, in sæcula sæculorum. *Amen.*

2 *Cor.* xiii. 14.

GRATIA Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus, sit cum omnibus nobis, nunc et semper. *Amen.*

IN FUNERIBUS MORTUORUM INTER NAVIGANDUM.

¶ *Officium Liturgiæ Sacræ poterit usurpari; si solummodo, pro his verbis,* [Mortuum ejus corpus humo mandamus, &c.] *dicatur,*

ITAQUE mortuum ejus corpus profundo corrumpendum mandamus, carnis resurrectionem, (quum mare reddet mortuos suos) et vitam futuri sæculi, expectantes, per Jesum Christum, Dominum nostrum, qui cum venerit, reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam potest subjicere sibi omnia.

FORMULA PRECUM,

CUM GRATIARUM ACTIONE,

Quotannis usurpanda quinto, die Novembris,

ob servatos, cum Rege *JACOBO PRIMO*, tres regni Ordines a perfidiosissima illa et cruentissima per Nitratum Pulverem strage, quæ ad eorum perniciem cogitata et parata erat: et ob felicem hoc eodem die adventum Regis *Gulielmi Tertii*, ad ecclesiæ gentisque nostræ salutem.

¶ *Die Dominica proxime antecedente, Parochiæ cujusque Minister, ad Matutinas Preces, publice in ecclesia Parochianos suos monebit, ut prædictum diem rite celebrent. Ipso autem quinto die Novembris, post Preces Matutinas vel Concionem, publice, clare, et diserte recitabit legem, tertio* Jacobi Primi *anno latam, de eodem die celebrando.*

¶ *Idem erit Officium in omnibus cum eo quod est in usu Festis diebus; nisi ubi aliter præscriptum est in sequentibus.*

¶ *Si dies iste incidat in Dominicam, Collecta illius Dominicæ tantum, suo loco, addetur huic Officio.*

¶ *Preces Matutinæ incipient ab una aliqua sequentium sententiarum.*

MISERATOR et misericors Dominus; longanimis, et multum misericors. *Psalm.* ciii. 8.

Non in perpetuum irascetur; neque in æternum comminabitur. *Ver.* 9.

Non secundum peccata nostra, fecit nobis; neque secundum iniquitates nostras, retribuit nobis. *Ver.* 10.

¶ *Loco Psalmi,* Venite, exultemus, *sequens Hymnus usurpabitur; hinc Presbytero, inde Succentore et Cœtu, alterna commata recitantibus.*

CONFITEMINI Domino, quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus. *Psalm.* cvii. 1.

Dicant, qui redempti sunt a Domino; quos redemit de manu inimici. 2.

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel. *Psalm.* cxxix. 1.

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi. 2.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exprobraverunt animam meam. *Psalm.* xxxv. 7.

Laqueum paraverunt pedibus meis: incurvaverunt animam meam. Foderunt, ante faciem meam, foveam: et inciderunt in eam. Psalm. lvii. 7, 8.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus; et sapientiæ ejus non est numerus. *Psalm.* cxlvii. 5.

Suscipiens mansuetos Dominus; humilians autem peccatores usque ad terram. 6.

Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis, quem confirmasti tibi. *Psalm.* lxxx. 17.

Et non discedimus a te: vivificabis nos; et nomen tuum invocabimus. 18.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; *Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

Psalmi proprii. lxiv. cxxiv. cxxv.
Lectiones propriæ.
Prior, 2 Sam. xxii.
Te Deum.
Posterior, Act. xxiii.
Jubilate.

LITURGIA POLYGLOTTA.

Preces in Quintum Diem Novembris.

ANGLICANA.

GUNPOWDER TREASON.

Glory be to the Father, and to the Son: and to the Holy Ghost;
As it was in the beginning, is now, and ever shall be: world without end. Amen.

Proper Psalms. lxiv. cxxiv. cxxv.

Proper Lessons.

The First, 2 Samuel xxii. *Te Deum.*
The Second, Acts xxiii. *Jubilate.*

In the Suffrages after the Creed there shall be inserted and used for the King.

Priest. O Lord save the King.
People. Who putteth his trust in thee.
Priest. Send him help from thy holy place.
People. And evermore mightily defend him.
Priest. Let his enemies have no advantage against him.
People. Let not the wicked approach to hurt him.

Instead of the first Collect at Morning Prayer shall these two be used.

ALMIGHTY God, who hast in all ages shewed thy Power and Mercy in the miraculous and gracious deliverances of thy Church, and in the protection of righteous and religious Kings and States professing thy holy and eternal truth, from the wicked conspiracies, and malicious practices of all the enemies thereof: We yield thee our unfeigned thanks and praise, for the wonderful and mighty Deliverance of our gracious Sovereign King *James* the First, the Queen, the Prince, and all the Royal Branches, with the Nobility, Clergy, and Commons of *England*, then assembled in Parliament, by Popish treachery appointed as sheep to the slaughter, in a most barbarous and savage manner, beyond the examples of former ages. From this unnatural Conspiracy, not our merit, but thy mercy; not our foresight, but thy providence delivered us: And therefore not unto us, O Lord, not unto us, but unto thy Name be ascribed all honour and glory, in all Churches of the saints, from generation to generation; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

ACCEPT also, most gracious God, of our unfeigned thanks for filling our hearts again with joy and gladness, after the time that thou hadst afflicted us, and putting a new song into our mouths, by bringing his Majesty King *William*, upon this day, for the Deliverance of our Church and Nation from Popish tyranny and arbitrary power. We adore the wisdom and justice of thy Providence, which so timely interposed in our extreme danger, and disappointed all the designs of our enemies. We beseech thee, give us such a lively and lasting sense of what thou didst then, and hast since that time done for us, that we may not grow secure and careless in our obedience, by presuming upon thy great and undeserved goodness; but that it may lead us to repentance, and move us to be the more diligent and zealous in all the duties of our Religion, which thou hast in a marvellous manner preserved to us. Let truth and justice, brotherly kindness and charity, devotion and piety, concord and unity, with all other virtues, so flourish among us, that they may be the stability of our times, and make this Church a praise in the earth. All which we humbly beg for the sake of our blessed Lord and Saviour. *Amen.*

In the end of the Litany (which shall always this Day be used) after the Collect [We humbly beseech thee, O Father, &c.] *shall this be said which followeth.*

ALMIGHTY God and heavenly Father, who of thy gracious Providence, and tender mercy towards us, didst prevent the malice and imaginations of our enemies, by discovering and confounding their horrible and wicked Enterprise, plotted and intended this day to have been executed against the King, and the whole State of *England*, for the subversion of the Government and Religion established among us; and didst likewise upon this day wonderfully conduct thy Servant King *William*, and bring him safely into *England*, to preserve us from the attempts of our enemies to bereave us of our Religion and Laws: We most humbly praise and magnify thy most glorious Name for thy unspeakable goodness towards us, expressed in both these acts of thy mercy. We confess it has been of thy mercy alone, that we are not consumed: for our sins have cried to heaven against us; and our iniquities justly called for vengeance upon us. But thou hast not dealt with us after our sins, nor rewarded us after our iniquities; nor given us over, as we deserved, to be a prey to our enemies; but hast in mercy delivered us from their malice, and preserved us from death and destruction. Let the consideration of this thy repeated goodness, O Lord, work in us true repentance, that iniquity may not be our ruin. And increase in us more and more a lively faith and love, fruitful in all holy obedience; that thou mayest still continue thy favour, with the light of thy Gospel, to us and our posterity for evermore; and that for thy dear Son's sake, Jesus Christ our only Mediator and Advocate. *Amen.*

Instead of the Prayer [In time of War and Tumults] *shall be used this Prayer following.*

O LORD, who didst this day discover the snares of death that were laid for us, and didst wonderfully deliver us from the same; Be thou still our mighty Protector, and scatter our enemies that delight in blood: Infatuate and defeat their counsels, abate their pride, asswage their malice, and confound their devices. Strengthen the hands of our gracious Sovereign King *GEORGE*, and all that are put in authority under him, with judgment and justice to cut off all such workers of iniquity, as turn Religion into Rebellion, and Faith into Faction; that they may never prevail against us, or triumph in the ruin of thy Church among us: but that our gracious Sovereign, and his Realms, being preserved in thy true Religion, and by thy merciful goodness protected in the same, we may all duly serve thee, and give thee thanks in thy holy congregation; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

In the Communion Service, instead of the Collect for the Day, shall this which followeth be used.

ETERNAL God, and our most mighty Protector, we thy unworthy servants do humbly present ourselves before thy Majesty, acknowledging thy power, wisdom, and goodness, in preserving the King, and the Three Estates of the Realm of *England*

LATINA.

PRECES IN QUINTUM DIEM NOVEMBRIS.

¶ *Suffragiis post Symbolum hæc inserentur ac dicentur pro Rege.*

Presbyter. Domine, salvum fac Regem.
Populus. Qui sperat in te.
Presbyter. Mitte illi auxilium de sancto.
Populus. Et perpetuo eum potenter defende.
Presbyter. Nihil prævaleant inimici in eum.
Populus. Filius iniquitatis non appropinquet, ad nocendum ei.

¶ *Loco primæ Collectæ ad Preces Matutinas, hæ duæ Collectæ dicentur.*

OMNIPOTENS Deus! qui omnibus sæculis potentiam et misericordiam tuam patefecisti, Ecclesiam tuam mirifice et benigne liberando, ac justos piosque Reges et Respublicas profitentes sanctam et æternam veritatem tuam protegendo adversus nefarias conjurationes et pravas machinationes inimicorum; ex animo tibi gratias agimus, et gloriam tribuimus, pro admiranda illa et potenti liberatione clementis nostri regis *Jacobi Primi*, Reginæ, Principis, et universæ stirpis Regiæ, ut et Nobilium, Cleri, et Tribunorum Plebis hujusce Regni, tum Comitia celebrantium; qui omnes, perquam barbare et immaniter, ac supra quam quod unquam in retro actis ætatibus auditum est, tanquam oves ad mactationem, Pontificiorum perfidia destinati erant. Ab immani ista conjuratione non meritum nostrum, sed miseratio tua, non nostra præsensio, sed una tua providentia, nos liberavit. Atque adeo, non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo, tribuatur omnis honor et gloria, in omnibus Sanctorum Ecclesiis, a generatione in generationem; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

ACCEPTAS porro habeas, Deus benignissime, grates nostras, ex intimo animi sensu profectas, quod pectora nostra gaudio et lætitia denuo perfuderis, posteaquam nos afflixisses; quodque novum nobis carmen concinere dederis, adducendo, hoc olim die, Regem *Gulielmum*, qui Ecclesiam nostram, totamque adeo gentem, a papali tyrannide, et infreni dominatione, vindicaret. Sapientiam justitiamque tuæ providentiæ veneramur, quæ, in summo nostro periculo, tam opportune intercessit, et omnia inimicorum nostrorum consilia frustrata est. Da (quæsumus) ita nos vividam perpetemque fovere memoriam eorum omnium quæ et tunc et postea nostri causa feceris, ut ne securi et negligentes in debito tibi obsequio evadamus, dum magnæ tuæ et immeritæ benignitati nimis confidenter innitimur: sed ad resipiscentiam moveamur, et alacriori cum diligentia studioque incumbamus in omnia religionis nostræ officia, quam tu nobis mirifice conservasti. Veritas, denique, et justitia, fraterna benevolentia et caritas, religio et pietas, concordia et unitas, cum aliis omnibus virtutibus, sic apud nos vigeant, ut temporibus nostris stabilitatem concilient, et hanc ecclesiam laudabilem in terris efficiant. Quæ omnia suppliciter a te petimus, per benedictum Dominum nostrum et Servatorem. *Amen.*

¶ *In fine Litaniæ (quæ semper die isto recitabitur) post Collectam* [Infirmitates nostras, &c.] *dicetur hoc, quod sequitur.*

OMNIPOTENS Deus, Pater cœlestis! qui benigna tua providentia, et summa erga nos misericordia, inimicorum nostrorum malignitati et machinationibus obviam ivisti, detecto et profligato horrendo ac nefario eorum facinore, quod in diem istum moliti erant, ut tum illud perpetrarent, adversus Regem et statum universum hujus regni, ad politiam et religionem legibus apud nos constitutas penitus evertendas; quique, hoc eodem die, postea famulum tuum, *Gulielmum* Regem, salvum et sospitem in *Angliam* mirifice duxisti, ut nos ab inimicorum conatibus tutos præstaret, qui nos religione nostra legibusque privare nitebantur; animo perquam demisso laudamus ac magnificamus gloriosum tuum nomen, pro benigna et infinita tua erga nos bonitate, quæ in gemino illo misericordiæ tuæ exemplo insigniter eluxit. Profitemur, id uni tuæ miserationi acceptum referendum, quod tum non excisi fuerimus. Quippe peccata nostra ad cœlum contra nos clamabant; et iniquitates nostræ te ad ultionem juste provocabant. Sed non fecisti nobis secundum peccata nostra; neque secundum iniquitates nostras retribuisti nobis: neque nos tradidisti, prout merebamur, in prædam inimicis nostris; sed misericorditer nos ab eorum malignitate liberasti, et a morte et pernicie immunes præstitisti. Fac, Domine, ut hujus tuæ bonitatis meditatio in nobis veram pœnitentiam operetur, ne nobis sit iniquitas in exitium. In nobis etiam fidem vivam et caritatem, in omni sancta obedientia fructuosam, magis magisque adaugeto; ut propensio illa tua erga nos, una cum luce Evangelii, sit nobis et posteris nostris perpetua; idque propter carissimum Filium tuum, Jesum Christum, Mediatorem et Advocatum nostrum unicum. *Amen.*

¶ *Loco illius orationis* [Tempore Belli ac Tumultuum], *oratio, quæ hic sequitur, recitanda est.*

DOMINE Deus! qui, hoc olim die, letales insidias contra nos comparatas patefecisti, ab iisque nos, non sine miraculo, servasti; perge porro noster potens defensor esse. Inimicos vero nostros, qui sanguine delectantur, disperge: consilia eorum infatua et frustrare; superbiam deprime; malignitatem retunde; et machinationes profliga. Clementis autem Regis nostri *GEORGII*, eorumque omnium qui munere quovis publico sub eo funguntur, manus judicio et justitia corrobora, ad excidendos omnes eos scelerum artifices, qui religionem in seditionem, fidemque in factionem, convertunt; ne unquam nobis prævaleant, tuæve apud nos Ecclesiæ ruina exultent: sed clementissimus Rex noster, ejusque regna, in vera tua religione custodiantur, et, in ejusdem professione, misericordi tua bonitate, protegantur; adeo ut nos omnes diligenter tibi servire, meritasque gratias in sancto tuo cœtu referre, valeamus; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *In Officio Sacræ Communionis, pro Collecta diei, sequens Collecta dicetur.*

ÆTERNE Deus, et potentissime Protector noster! nos, indigni famuli tui, præsentes adsumus coram Majestate tua, agnoscentes potentiam tuam, sapientiam, et bonitatem, in Rege, et tribus Ordinibus hujus Regni, dum Comitia celebrarent servandis

LITURGIA POLYGLOTTA.

Formula Precum Trigesimo Januarii.

ANGLICANA.

KING CHARLES THE MARTYR.

assembled in Parliament, from the destruction this day intended against them. Make us, we beseech thee, truly thankful for this, and for all other thy great mercies towards us; particularly for making this day again memorable, by a fresh instance of thy loving-kindness towards us. We bless thee for giving his late Majesty King *William* a safe arrival here, and for making all opposition fall before him, till he became our King and Governour. We beseech thee to protect and defend our Sovereign King *GEORGE*, and all the Royal Family, from all treasons and conspiracies; Preserve him in thy faith, fear, and love; Prosper his Reign with long happiness here on earth; and crown him with everlasting glory hereafter; through Jesus Christ our only Saviour and Redeemer. *Amen.*

The Epistle. Rom. xiii. 1. [*to the* 8*th*.]

The Gospel. St. Luke ix. 51. [*to the* 57*th*.]

After the Creed, if there be no Sermon, shall be read one of the six Homilies against Rebellion.

This Sentence is to be read at the Offertory.

WHATSOEVER ye would that men should do to you, do ye even so to them; for this is the Law and the Prophets. *St. Matth.* vii. 12.

After the Prayer for the Church militant this following Prayer is to be used.

O GOD, whose Name is excellent in all the earth, and thy glory above the heavens; who on this day didst miraculously preserve our Church and State from the secret contrivance and hellish malice of Popish conspirators; and on this day also didst begin to give us a mighty deliverance from the open tyranny and oppression of the same cruel and blood-thirsty enemies: We bless and adore thy glorious Majesty, as for the former, so for this our late marvellous loving-kindness to our Church and Nation, in the preservation of our Religion and Liberties. And we humbly pray, that the devout sense of this thy repeated mercy may renew and increase in us a spirit of love and thankfulness to thee its only Author; a spirit of peaceable submission and obedience to our gracious Sovereign Lord, King *GEORGE*; and a spirit of fervent zeal for our holy Religion which thou hast so wonderfully rescued, and established, a blessing to us and our posterity. And this we beg for Jesus Christ his sake. *Amen.*

A FORM OF PRAYER WITH FASTING.

To be used yearly on the Thirtieth of January.

Being the Day of the Martyrdom of the blessed King *Charles* the First; to implore the mercy of God, that neither the Guilt of that sacred and innocent Blood, nor those other sins, by which God was provoked to deliver up both us and our King into the hands of cruel and unreasonable men, may at any time hereafter be visited upon us or our posterity.

If this Day shall happen to be Sunday, this Form of Prayer shall be used and the Fast kept the next Day following. And upon the Lord's Day next before the Day to be kept, at Morning Prayer, immediately after the Nicene *Creed, notice shall be given for the due Observation of the said Day.*

The Service of this Day shall be the same with the usual office for Holy-days in all things; except where it is in this Office otherwise appointed.

THE ORDER FOR MORNING PRAYER.

He that ministereth, shall begin with one or more of these Sentences.

TO the Lord our God belong mercies and forgivenesses, though we have rebelled against him: neither have we obeyed the voice of the Lord our God, to walk in his laws which he set before us. *Dan.* ix. 9.10.

Correct us, O Lord, but with judgement: not in thine anger, lest thou bring us to nothing. *Jer.* x. 24,

Enter not into judgment with thy servants, O Lord: for in thy sight shall no man living be justified. *Psalm* cxliii. 2.

Instead of Venite exultemus *the Hymn following shall be said or sung; one Verse by the Priest, another by the Clerk and the People.*

RIGHTEOUS art thou, O Lord: and just are thy judgements! *Psalm* cxix. 137.

Thou art just, O Lord, in all that is brought upon us: for thou hast done right, but we have done wickedly. Neh. ix. 33.

Nevertheless, our feet were almost gone: our treadings had well-nigh slipped. *Psalm* lxxiii. 2.

For why? we were grieved at the wicked: we did also see the ungodly in such prosperity. Ver. 3.

The people stood up, and the rulers took counsel together: against the Lord, and against his Anointed. *Psalm* ii. 2.

They cast their heads together with one consent: and were confederate against him. Psalm lxxxiii. 5.

He heard the blasphemy of the multitude, and fear was on every side: while they conspired together against him, to take away his life. *Psalm* xxxi. 15.

They spoke against him with false tongues, and compassed him about with words of hatred: and fought against him without a cause. Psalm cix. 2.

Yea, his own familiar friends, whom he trusted: they that eat of his bread laid great wait for him. *Psalm* xli. 9.

They rewarded him evil for good: to the great discomfort of his soul. Psalm xxxv. 12.

They took their counsel together, saying, God hath forsaken him: persecute him, and take him, for there is none to deliver him. *Psalm* lxxi. 9.

The breath of our nostrils, the Anointed of the Lord was taken in their pits: of whom we said, Under his shadow we shall be safe. Lam. iv. 20.

The adversary and the enemy entered into the gates of Jerusalem: saying, When shall he die, and his name perish? *Ver.* 12. *Psalm* xli. 5.

Let the sentence of guiltiness proceed against him: and now that he lieth, let him rise up no more. Ver. 8.

False witnesses also did rise up against

LATINA.

FORMULA PRECUM TRIGESIMO JANUARII.

et eripiendis ab exitio, quod iis die isto paratum erat. Da, quæsumus, ut et illud et alia omnia in nos collata misericordiæ tuæ beneficia vere grato animo foveamus; præsertim autem, quod, novo erga nos benevolentiæ tuæ exemplo, eundem hunc diem iterum memorabilem reddideris. Benedicimus tibi, quod Gulielmum, nostrum olim Regem, salvum et sospitem ad nos duxeris, omnesque adversarios ei succumbere coëgeris, donec regnum inter nos rerumque potestatem adeptus est. Suppliciter te oramus, ut Dominum Regemque nostrum *GEORGIUM*, cum universa stirpe regia, ab omnibus proditionibus et conjurationibus protegere et tueri digneris. Custodi eum in fide, timore, et amore tui; prospera Regnum ejus diuturna felicitate hic in terris; et, post hanc vitam, sempiternæ gloriæ corona eum condecora; per Jesum Christum, Servatorem et Redemptorem nostrum unicum. *Amen.*

Epistola. Rom. xiii. 1. [*usque ad* 8.]
Evangelium. S. Luc. ix. 51. [*usque ad* 57.]

¶ *Post Symbolum Apostolorum, si non habeatur concio, legetur una quævis de sex Homiliis contra Rebellionem.*

¶ *Ad Offertorium, legenda est hæc sententia:*

OMNIA, quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hæc est enim Lex et Prophetæ. *S. Matth.* vii. 12.

¶ *Post deprecationem pro Ecclesia in terris militante, oratio, quæ hic sequitur, usurpanda est.*

DOMINE Deus! cujus nomen per omnes terras præcellens habetur, cujus gloria super cœlum transcendit; qui, hoc olim die, ecclesiam et rempublicam nostram ab occultis dolis et furiali malignitate conjuratorum Papistarum mirifice tutatus es; quique, hoc etiam die, ab aperta gravique tyrannide eorundem crudelium et sanguinariorum inimicorum potenter nos vindicandi initium fecisti; gloriosam tuam Majestatem venerabundi laudamus: gratiasque agimus, ut ob illud superius, sic ob posterius hoc pignus admirabilis tui amoris erga ecclesiam gentemque nostram, in eo manifestati, quod religionem simul nostram, libertatisque jura, nobis conservâris. Supplices porro te rogamus, ut pia hujus tuæ iteratæ in nos misericordiæ recordatio renovet in nobis augeatque amorem et grati animi sensum erga te, qui unus ejus auctor sis; cum voluntate modeste et quiete parendi clementissimo Domino Regique nostro *GEORGIO*; ferventique studio circa sanctam nostram religionem, quam tu tam mirabiliter e discrimine eripuisti, tutoque stabilisti, in beneficium nobis posterisque nostris. Et hæc a te precamur, per Jesum Christum. *Amen.*

FORMULA PRECUM PUBLICARUM, quotannis, cum *JEJUNIO*, usurpanda TRICESIMO DIE JANUARII,

(*die scilicet Martyrii Beati Regis Caroli Primi*) ad implorandam Dei misericordiam, ut neque ob piaculum in effundendo sacro illo viri innocentis sanguine commissum, neque ob alia illa peccata, quibus incensus, et nos et regem nostrum tradidit Deus in manus crudelium hominum et iniquorum, vel nos aliquando plectamur, vel posteri nostri.

¶ *Quod si dies forte Dominica fuerit, tum hoc Officium postridie celebrabitur, cum adjuncto jejunio. Die vero Dominica proxime antecedente diem quæ celebranda sit, ad Matutinas Preces, statim post Symbolum Nicænum, de ea rite celebranda cœtus monebitur.*

¶ *Officium idem erit in omnibus cum Officio pro diebus Festis consueto, nisi ubi aliter hic præscriptum fuerit.*

ORDO PRECUM MATUTINARUM.

¶ *Minister incipiet ab una aliqua harum sententiarum.*

TIBI autem, Domino Deo nostro, misericordia et propitiatio, quia recessimus a te, et non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in lege ejus, quam posuit nobis. *Dan.* ix. 9, 10.

Corripe nos, Domine, verumtamen in judicio; et non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas nos. *Jer.* x. 24.

Non intres in judicium cum servis tuis; quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. *Psalm.* cxliii. 2.

¶ *Pro Psalmo*, Venite, exultemus, *sequens Hymnus alternis cantabitur aut recitabitur, a Presbytero, et a Succentore et Populo.*

JUSTUS es, Domine; et rectum judicium tuum. *Psalm.* cxix. 137.

Tu justus es in omnibus quæ venerunt super nos; quia veritatem fecisti; nos autem impie egimus. Nehem. ix. 33.

Nostri autem pæne moti sunt pedes; pæne effusi sunt gressus nostri. *Psalm.* lxiii. 2.

Quia zelavimus super inimicos, pacem peccatorum videntes. ver. 3.

Astitit populus, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus christum ejus. *Psalm.* ii. 2.

Quia cogitaverunt unanimiter; simul adversus eum testamentum disposuerunt. Psalm. lxxx. 5.

Audivit vituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum convenirent simul adversum eum, accipere animam ejus consiliati sunt. *Psalm.* xxxi. 15.

Locuti sunt adversum eum lingua dolosa; et sermonibus odii circumdederunt eum; et expugnaverunt eum gratis. Psalm. cix. 2.

Etenim homines pacis ejus, in quibus speravit, qui edebant panes ejus, magnificaverunt super eum supplantationem. *Psalm.* xli. 9.

Retribuebant illi mala pro bonis; sterilitatem animæ ejus. Psalm. xxxv. 12.

Consilium fecerunt in unum, dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum; quia non est, qui eripiat. *Psalm.* lxxi. 9.

Spiritus oris nostri, Christus Dominus, captus est in peccatis nostris; cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus. Lam. iv. 20.

Ingressus est hostis et inimicus per portas Jerusalem, dicens: Quando morietur, et peribit nomen ejus? *Ver.* 12. *Psalm.* xli. 5.

Verbum iniquum constituatur adversus eum: et, quando nunc jacet, non adjiciat ut resurgat. Ver. 8.

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabat,

LITURGIA POLYGLOTTA.

Formula Precum Trigesimo Januarii.

ANGLICANA.

KING CHARLES THE MARTYR.

him: they laid to his charge things that he knew not. *Psalm* xxxv. 11.

For the sins of the people, and the iniquities of the priests: they shed the blood of the just in the midst of Jerusalem. Lam. iv. 13.

O my soul, come not thou into their secret; unto their assembly, mine honour, be not thou united: for in their anger they slew a man; *Gen.* xlix. 6.

Even the man of thy right hand: the Son of man, whom thou hadst made so strong for thine own self. Psalm lxxx. 17.

In the sight of the unwise he seemed to die: and his departure was taken for misery. *Wisd.* iii. 2.

They fools counted his life madness, and his end to be without honour: but he is in peace. Wisd. v. 4. and iii. 3.

For though he was punished in the sight of men: yet was his hope full of immortality. *Wisd.* iii. 4.

How is he numbered with the children of God: and his lot is among the saints! Wisd. v. 5.

But, O Lord God, to whom vengeance belongeth, thou God, to whom vengeance belongeth: be favourable and gracious unto Sion. *Psalm* xciv. 1. and li. 18.

Be merciful, O Lord, unto thy people, whom thou hast redeemed: and lay not innocent blood to our charge. Deut. xxi. 8.

O shut not up our souls with sinners: nor our lives with the blood-thirsty. *Psalm* xxvi. 9.

Deliver us from blood-guiltiness, O God, thou that art the God of our salvation: and our tongues shall sing of thy righteousness. Psalm li. 14.

For thou art the God that hast no pleasure in wickedness: neither shall any evil dwell with thee. *Psalm* v. 4.

Thou wilt destroy them that speak leasing: the Lord abhors both the blood-thirsty and deceitful man. Ver. 6.

O how suddenly do they consume: perish, and come to a fearful end! *Psalm* lxxiii. 18.

Yea, even like as a dream, when one awaketh: so didst thou make their image to vanish out of the city. Ver. 19.

Great and marvellous are thy works, O Lord God Almighty: just and true are thy ways, O King of saints. *Rev.* xv. 3.

Righteous art thou, O Lord: and just are thy judgements. Psalm cxix. 137.

Glory be to the Father, and to the Son: and to the Holy Ghost;

As it was in the beginning, is now, and ever shall be: world without end. Amen.

Proper Psalms. ix. x. xi.

Proper Lessons. { *The First*, 2 Samuel i. / *The Second*, St. Mat. xxvii.

Instead of the First Collect at Morning Prayer shall these two which next follow be used.

O MOST mighty God, terrible in thy judgements, and wonderful in thy doings toward the children of men; who in thy heavy displeasure didst suffer the life of our gracious Sovereign King *Charles* the First, to be (as this day) taken away by the hands of cruel and bloody men: We thy sinful creatures here assembled before thee, do, in the behalf of all the people of this land, humbly confess, that they were the crying sins of this Nation, which brought down this heavy judgement upon us. But, O gracious God, when thou makest inquisition for blood, lay not the guilt of this innocent blood, (the shedding whereof nothing but the blood of thy Son can expiate,) lay it not to the charge of the people of this land: nor let it ever be required of us, or our posterity. Be merciful, O Lord, be merciful unto thy people, whom thou hast redeemed; and be not angry with us for ever: But pardon us for thy mercy's sake, through the merits of thy Son Jesus Christ our Lord. *Amen.*

BLESSED Lord, in whose sight the death of thy saints is precious; We magnify thy Name for thine abundant grace bestowed upon our martyred Sovereign; by which he was enabled so cheerfully to follow the steps of his blessed Master and Saviour, in a constant meek suffering of all barbarous indignities, and at last resisting unto blood; and even then, according to the same pattern, praying for his murderers. Let his memory, O Lord, be ever blessed among us; that we may follow the example of his courage and constancy, his meekness and patience, and his great charity. And grant, that this our land may be freed from the vengeance of his righteous blood, and thy mercy glorified in the forgiveness of our sins: and all for Jesus Christ his sake, our only Mediator and Advocate. *Amen.*

In the end of the Litany (which shall always on this Day be used) immediately after the Collect [We humbly beseech thee, O Father, &c.] *the three Collects next following are to be read.*

O LORD, we beseech thee mercifully hear our prayers, and spare all those who confess their sins unto thee; that they whose consciences by sin are accused, by thy merciful pardon may be absolved; through Christ our Lord, *Amen.*

O MOST mighty God, and merciful Father, who hast compassion upon all men, and hatest nothing that thou hast made; who wouldest not the death of a sinner, but that he should rather turn from his sin, and be saved: Mercifully forgive us our trespasses; receive and comfort us, who are grieved and wearied with the burden of our sins. Thy property is always to have mercy: to thee only it appertaineth to forgive sins. Spare us therefore, good Lord, spare thy people, whom thou hast redeemed; enter not into judgement with thy servants, who are vile earth and miserable sinners: but so turn thine anger from us, who meekly acknowledge our vileness, and truly repent us of our faults: and so make haste to help us in this world, that we may ever live with thee in the world to come; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

TURN thou us, O good Lord, and so shall we be turned. Be favourable, O Lord, be favourable to thy people, Who turn to thee in weeping, fasting, and praying. For thou art a merciful God, Full of compassion, Long-suffering, and of great pity. Thou sparest when we deserve punishment, And in thy wrath thinkest upon mercy. Spare thy people, good Lord, spare them, And let not thine heritage be brought to confusion. Hear us, O Lord, for thy mercy is great, And after the multitude of thy

LATINA.

FORMULA PRECUM TRIGESIMO JANUARII.

interrogabant eum. *Psalm.* xxxv. 11.

Propter peccata populi, et iniquitates sacerdotum, effuderunt in medio Hierosolymarum sanguinem justi. Lam. iv. 13.

In consilium eorum non veniat anima mea; et in cœtu illorum non sit gloria mea; quia, in furore suo, occiderunt virum. *Gen.* xlix. 6.

Virum dexteræ tuæ; filium hominis, quem confirmasti tibi. Psalm. lxxx. 17.

Visus est oculis insipientium mori; et æstimata est afflictio exitus illius. *Sap.* iii. 2.

Illi, insensati, vitam illius æstimabant insaniam, et finem illius sine honore: ille autem est in pace. Sap. v. 4. & iii. 3.

Etsi coram hominibus tormenta passus est, spes illius immortalitate plena erat. *Sap.* iii. 4.

Ecce, quomodo computatus est inter filios Dei; et inter sanctos sors illius est. Sap. v. 5.

Deus, ultionum Domine! Deus ultionum! benigne fac, Domine, in bona voluntate tua, Sion. *Psalm.* xciv. 1. & li. 18.

Propitius esto populo tuo, quem redemisti: et ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui. Deut. xxi. 8.

Ne perdas cum impiis animas nostras, et cum viris sanguinum vitam nostram. *Psalm.* xxv. 9.

Libera nos de sanguinibus, Deus, Deus salutis nostræ; et exaltabunt linguæ nostræ justitiam tuam. Psalm. li. 14.

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es; neque habitabit juxta te malignus. *Psalm.* v. 4.

Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus. ver. 6.

Quomodo facti sunt in desolationem! subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. *Psalm.* lxxiii. 18.

Velut somnium surgentium, Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum redegisti. ver. 19.

Magna et mirabilia sunt opera tua, Domine, Deus Omnipotens: justæ et veræ sunt viæ tuæ, Rex Sanctorum. *Apoc.* xv. 3.

Justus es, Domine; et rectum judicium tuum. Psalm. cxix. 137.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto;

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¶ *Psalmi proprii*, ix. x. xi.

¶ *Lectiones propriæ.*

Prior. 2 Sam. i.

Posterior. S. Matth. xxvii.

¶ *Loco primæ Collectæ in Precibus Matutinis, duæ hic sequentes usurpabuntur.*

POTENTISSIME Deus! terribilis in judiciis tuis, et admirande in iis quæ operaris erga filios hominum; qui, in gravi tua indignatione, permisisti, ut clementissimo principi nostro, *Carolo* Primo, vita, per manus crudelium et sanguinariorum hominum hoc olim die eriperetur; nos, delictis inquinati homines, hic in conspectu tuo congregati, nomine omnium hujus terræ incolarum, submisse confitemur, intoleranda hujus gentis peccata causam fuisse gravissimæ istius in nos immissæ calamitatis. At tu, clementissime Deus, cum requires sanguinem, noli effusi sanguinis illius innocentis scelus, (quod nihil expiare potest præter sanguinem Filii tui) noli scelus illud populo hujus regionis imputare; nec unquam illius sanguinis pœnæ a nobis, vel a posteris nostris, repetantur. Propitius esto, Domine! propitius esto populo tuo, quem redemisti; et ne irascaris nobis in æternum; sed parce nobis, propter misericordiam tuam, per merita Filii tui, Jesu Christi, Domini nostri. *Amen.*

BENEDICTE Deus! in cujus oculis Sanctorum tuorum mors pretiosa est; nomen tuum magnificamus pro ubertate illa gratiæ, quam Principi nostro martyri largitus es, qua factus est idoneus qui tam alacriter premeret vestigia benedicti Magistri et Servatoris sui, constanter et miti animo barbaras omnes contumelias perpetiendo, et tandem ad sanguinem usque resistendo; et tum etiam, illud ipsum exemplum secutus, orando pro suis interfectoribus. In æternum, Domine, apud nos benedicta sit ejus memoria; ut fortitudinis ipsius et constantiæ, lenitatisque, patientiæ, et caritatis, exemplum imitemur. Et concede, ut nostra hæc regio immunis sit ab ultione sanguinis illius; et ut misericordia tua, in delictorum nostrorum condonatione, splendide elucescat: quæ omnia petimus propter Jesum Christum, unicum intercessorem advocatumque nostrum. *Amen.*

¶ *In fine Litaniæ (quæ semper die isto recitabitur) post Collectam* [Infirmitates nostras, supplices quæsumus, &c.] *dicendæ sunt hæ tres Collectæ.*

PRECES nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi; et illis omnibus parce, qui tibi peccata sua confitentur; ut, quos conscientia delictorum accusat, tua illis misericordia veniam, cum absolutione, concedat; per Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

POTENTISSIME Deus, et Pater misericors, qui omnium hominum misereris, et nihil eorum odisti quæ condideris; qui non mortem peccatoris velles, sed potius ut convertatur a peccato suo, et salvus fiat; delicta nostra clementer condona nobis; excipe et consolare nos, qui sub onere peccatorum nostrorum laboramus et fatiscimus. Tuum est semper misereri: tu solus peccata potes condonare. Parce nobis igitur, Domine; parce populo tuo, quem redemisti. Ne intres in judicium cum famulis tuis, qui vilis sumus pulvis, et miseri peccatores: sed ita iram tuam averte a nobis, qui vilitatem nostram humiliter agnoscimus, et quos vere delictorum nostrorum pœnitet, ita-que festina ad adjuvandum nos in hoc mundo, ut, in mundo futuro, sempiterna tecum vita fruamur; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

CONVERTE nos, misericors Domine: et convertemur. Propitius esto, Domine, propitius esto populo tuo, qui ad te convertitur cum lacrymis, jejuniis, et precibus; quia tu es Deus misericors, et plenus miserationum, longanimis, et multæ misericordiæ. Tu parcis, cum pœnas meremur, et, in ira tua, de misericordia cogitas. Parce populo tuo, misericors Domine! parce: et ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Exaudi nos, Domine! quia multa est misericordia tua: et, secundum multitudinem

LITURGIA POLYGLOTTA.

Formula Precum Trigesimo Januarii.

ANGLICANA.

KING CHARLES THE MARTYR.

mercies look upon us, through the merits and mediation of thy blessed Son Jesus Christ our Lord. *Amen.*

In the Communion Service, after the Prayer for the King [Almighty God whose kingdom is everlasting, &c.] *instead of the Collect for the Day shall these two be used.*

O most mighty God, &c. } *As in the Morn-*
Blessed Lord, &c. } *ing Prayers.*

The Epistle. 1 St. Peter ii. 13. [to the 22d verse.]

The Gospel. St. Matthew xxi. 33. [to the 41st verse.]

After the Nicene *Creed, shall be read, instead of the Sermon for that Day, the first and second parts of the Homily against Disobedience and wilful Rebellion, set forth by Authority; or the Minister who officiates shall preach a Sermon of his own composing upon the same argument.*

In the Offertory shall this Sentence be read.

WHATSOEVER ye would that men should do unto you, even so do unto them: for this is the Law and the Prophets. St. *Matth.* vii. 12.

After the Prayer [For the whole state of Christ's Church, &c.] *these two Collects following shall be used.*

O LORD, our heavenly Father, who didst not punish us as our sins have deserved, but hast in the midst of judgement remembered mercy; We acknowledge it thine especial favour, that, though for our many and great provocations, thou didst suffer thine anointed blessed King *Charles* the First (as on this day) to fall into the hands of violent and blood-thirsty men, and barbarously to be murdered by them, yet thou didst not leave us for ever, as sheep without a shepherd; but by thy gracious providence didst miraculously preserve the undoubted Heir of his Crowns, our then gracious Sovereign King *Charles* the Second, from his bloody enemies, hiding him under the shadow of thy wings, until their tyrany was overpast; and didst bring him back, in thy good appointed time, to sit upon the throne of his Father; and together with the Royal Family didst restore to us our ancient Government in Church and State. For these thy great and unspeakable mercies we render to thee our most humble and unfeigned thanks; beseeching thee, still to continue thy gracious protection over the whole Royal Family, and to grant to our gracious Sovereign King *GEORGE*, a long and a happy Reign over us: So we that are thy people will give thee thanks for ever, and will alway be shewing forth thy praise from generation to generation; through Jesus Christ our Lord and Saviour. *Amen.*

AND grant, O Lord, we beseech thee, that the course of this world may be so peaceably ordered by thy governance, that thy Church may joyfully serve thee in all godly quietness; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

THE ORDER FOR EVENING PRAYER.

The Hymn appointed to be used at Morning Prayer instead of Venite exultemus *shall here also be used before the Proper Psalms.*

Righteous art thou, O Lord, &c.

Proper Psalms. lxxix, xciv, lxxxv.

Proper Lessons.

The First, Jer. xii. *or* Dan. ix. *to* ver. 22.

The Second, Hebr. xi. ver. 32. *and* xii. *to* ver. 7.

Instead of the first Collect at Evening Prayer shall these two which next follow be used.

O ALMIGHTY Lord God, who by thy wisdom not only guidest and orderest all things most suitably to thine own justice; but also performest thy pleasure in such a manner, that we cannot but acknowledge thee to be righteous in all thy ways, and holy in all thy works: We thy sinful people do here fall down before thee, confessing that thy judgements were right, in permitting cruel men, sons of Belial, (as on this day) to imbrue their hands in the blood of thine Anointed; we having drawn down the same upon ourselves, by the great and long provocations of our sins against thee. For which we do therefore here humble ourselves before thee; beseeching thee to deliver this Nation from blood-guiltiness, (that of this day especially,) and to turn from us and our posterity all those judgements, which we by our sins have worthily deserved: Grant this, for the all-sufficient merits of thy Son our Saviour Jesus Christ. *Amen.*

BLESSED God, just and powerful, who didst permit thy dear Servant, our dread Sovereign King *Charles* the First, to be (as upon this day) given up to the violent outrages of wicked men, to be despitefully used, and at the last murdered by them: Though we cannot reflect upon so foul an act, but with horror and astonishment; yet do we most gratefully commemorate the glories of thy grace, which then shined forth in thine Anointed; whom thou wast pleased, even at the hour of death, to endue with an eminent measure of exemplary patience, meekness, and charity, before the face of his cruel enemies. And albeit thou didst suffer them to proceed to such an height of violence, as to kill him, and to take possession of his Throne; yet didst thou in great mercy preserve his Son, whose right it was, and at length by a wonderful providence bring him back, and set him thereon, to restore thy true Religion, and to settle peace amongst us: For these thy great mercies we glorify thy Name, through Jesus Christ our blessed Saviour. *Amen.*

Immediately after the Collect [Lighten our darkness, &c.] *shall these three next following be used.*

O Lord, we beseech thee, &c. } *As before at*
O most mighty God, &c. } *Morning*
Turn thou us, O good Lord, &c. } *Prayer.*

Immediately before the Prayer of Saint Chrysostom *shall this Collect which next followeth be used.*

ALMIGHTY and everlasting God, whose righteousness is like the strong mountains, and thy judgements like the great deep; and who, by that barbarous murder (as on this day) committed upon the sacred

LATINA.

FORMULA PRECUM TRIGESIMO JANUARII.

miserationum tuarum, respice nos; per merita et mediationem Filii tui benedicti, Jesu Christi, Domini nostri. *Amen.*

¶ *In Officio Sacræ Communionis, post deprecationem pro Rege* [Omnipotens Deus! cujus regnum, &c.] *pro ipsius diei Collecta, quæ hic sequuntur duæ, usurpandæ sunt:*

Potentissime Deus, &c. } *ut supra in Matu-*
Benedicte Deus, &c. } *tinis hujus diei*
Precibus.

Epistola. 1 S. Petr. ii. 13. [ad ver. 22.]
Evangelium. S. Matth. xxi. 33. [ad ver. 41.]

¶ *Post Symbolum* Nicænum, *loco concionis in hunc diem comparatæ, legentur priores duæ portiones Homiliæ contra Inobedientiam et pervicacem Rebellionem, publica auctoritate promulgatæ: vel ipse sacro munere nunc fungens sacerdos compositam in idem argumentum concionem de suo habebit.*

¶ *In Offertorio recitabitur hæc sententia:*

OMNIA, quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hæc est enim Lex et Prophetæ. *S. Matth.* vii. 12.

¶ *Post Orationem* [Pro universo Statu Ecclesiæ Christi, &c.] *sequentes duæ Collectæ recitabuntur.*

DOMINE, Pater noster cœlestis! qui non, pro meritis peccatorum nostrorum, nos punisti, sed, in medio judiciorum tuorum, misericordiæ etiam recordatus es; favori tuo singulari acceptum ferimus, quod, licet, pro magnis multiplicibusque delictis nostris, quibus iram tuam provocavimus, permiseris ut unctus tuus, beatus Rex *Carolus Primus*, (hoc quasi die) incideret in manus hominum violentorum, et sanguinem sitientium, et ab iis crudeliter interficeretur; nos tamen non in perpetuum dereliquisti, tanquam oves sine pastore; sed, benigna illa tua providentia, regnorum illius hæredem indubitatum, Regem *Carolum Secundum*, nostrum tunc dominum clementissimum, non sine miraculo, tutum præstitisti adversus sanguinarios inimicos suos, ipsum cooperiens tegmine alarum tuarum, donec injusta eorum dominatio transisset; ipsum que opportuno præstitutoque tuo tempore reduceres, ut sederet in pace super solio parentis; et simul, cum regia stripe, pristinam nobis Ecclesiæ Reique publicæ administrationem restituisti. Ob hæc et alia tua ineffabilia beneficia, summa cum animi demissione, atque ex intimo corde, tibi gratias agimus, supplicantes, ut benigna tua protectione universam regiam domum amplectaris; clementissimoque Regi nostro *GEORGIO* diuturnum prosperumque regnum in nos concedas. Sic nos, populus tuus, sempiternas tibi gratias agemus; et laudem tuam indesinenter prædicabimus a generatione in generationem; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

CONCEDAS etiam, (quæsumus) Domine, ita placide tua gubernatione dirigi mundi hujus cursum, ut Ecclesia tua, summa in pace, pietate, et lætitia, tibi serviat; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

ORDO PRECUM VESPERTINARUM.

¶ *Hymnus ille* [Justus es, Domine, &c.] *qui in Matutinis hujus diei Precibus habetur, hic ante proprios Psalmos recitandus est.*

¶ *Psalmi proprii,* lxxix, xciv, lxxxv.

¶ *Lectiones propriæ.*

Prior. Jer. xii. *aut* Dan. ix. *ad* ver. 22.
Posterior. Heb. xi. ver. 32. *usque ad* xii. ver. 7.

¶ *Loco primæ Collectæ in Precibus Vespertinis, adhibeantur duæ istæ quæ sequuntur.*

OMNIPOTENS Domine Deus! qui omnia sapientia tua non tantum gubernas et dirigis quemadmodum justitiæ tuæ maxime convenit, sed voluntatem tuam ita perficis, ut fieri non possit, quin agnoscamus te in omnibus viis tuis justum esse, et in omnibus operibus sanctum; nos, tuus peccantium populus, rei coram te procidimus, confitentes recta fuisse tua judicia, cum permitteres, ut (hoc quasi die) homines crudeles, filii Belial, manus suas cruentarent sanguine Uncti tui. Nempe nos ipsi judicia ista super nos adduximus, ira tua diu multumque in nos flagitiis nostris incensa. Propterea igitur submisse hic coram te prostrati, deprecamur, ut nostram hanc gentem ab effusi sanguinis piaculo solvas, ab eo præsertim quod hoc olim die commissum est; utque a nobis posterisque nostris eas omnes pœnas avertas, quibus nos jure obnoxios peccata nostra reddiderunt. Hæc concede, propter abundantia merita Filii tui, Servatoris nostri, Jesu Christi. *Amen.*

BENEDICTE Deus, juste atque potens! qui permisisti, ut carissimus famulus tuus, venerandus Princeps noster, *Carolus Primus* (quasi hoc die) violentis improborum contumeliis traderetur, ab ipsis proterve habendus, et tandem interficiendus; quanquam tam fœdum facinus non nisi cum horrore, atque attoniti, cogitare valemus; attamen gratissimis animis commemoramus glorias gratiæ tuæ, quæ tum in Uncto tuo emicuerunt, quem insigni memorabilis patientiæ, mansuetudinis, ac caritatis mensura donare dignatus es, etiam in hora mortis, in conspectu crudelium ipsius inimicorum. Et, quamvis siveris illos eo usque violentiæ progredi, ut eum interficerent, et solium ipsius occuparent; attamen filium ejus, ad quem jure pertinebat, ingenti misericordia servasti incolumem; et tandem mirabili providentia reducem in eodem solio collocasti, ut veram tuam Religionem apud nos denuo instauraret, et pacem constitueret. Pro quibus eximiis tuis beneficiis, nomini tuo gloriam tribuimus, per Jesum Christum, benedictum Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *Statim post Collectam* [Tenebras nostras, &c.] *tres hic sequentes pronuntiabuntur.*

Preces nostras, &c. } *ut supra in Matuti-*
Potentissime Deus! &c. } *nis hujus diei Pre-*
Converte nos, &c. } *cibus habentur.*

¶ *Proxime ante Orationem* S. Chrysostomi, *hæc Collecta pronuntiabitur.*

OMNIPOTENS et sempiterne Deus! cujus justitia sicut validi montes, et judicia sicut abyssus multa; et qui, crudeli illa cæde, in sacram personam Uncti tui (hoc quasi die)

Formula Precum XXIX Maii.

ANGLICANA.

THE RESTORATION OF THE ROYAL FAMILY.

Person of thine Anointed, hast taught us, that neither the greatest of Kings, nor the best of men, are more secure from violence than from natural death: Teach us also hereby so to number our days, that we may apply our hearts unto wisdom. And grant, that neither the splendor of any thing that is great, nor the conceit of any thing that is good in us, may withdraw our eyes from looking upon ourselves as sinful dust and ashes; but that, according to the example of this thy blessed Martyr, we may press forward to the prize of the high calling that is before us, in faith and patience, humility and meekness, mortification and self-denial, charity and constant perseverance unto the end: And all this for thy Son our Lord Jesus Christ his sake; to whom with thee and the Holy Ghost be honour and glory, world without end. *Amen.*

A FORM OF PRAYER

With Thanksgiving to Almighty God,

For having put an end to the Great Rebellion, by the Restitution of the King and Royal Family, and the Restoration of the Government after many years Interruption; which unspeakable Mercies were wonderfully completed upon the Twenty-ninth of *May*, in the Year 1660. And in Memory thereof that Day in every Year is by Act of Parliament appointed to be for ever kept holy.

The Act of Parliament made in the Twelfth, and confirmed in the Thirteenth Year of King Charles *the Second, for the Observation of the Twenty-ninth Day of* May *yearly, as a Day of Publick Thanksgiving, is to be read publickly in all Churches at Morning Prayer, immediately after the* Nicene *Creed, on the Lord's Day next before every such Twenty-ninth of* May, *and notice to be given for the due Observation of the said Day.*

The Service shall be the same with the usual Office for Holy-days; except where it is in this Office otherwise appointed.

If this Day shall happen to be Ascension-Day, *or* Whit-Sunday, *the Collects of this Office are to be added to the Offices of those Festivals in their proper places: If it be* Monday *or* Tuesday *in* Whitsun-week, *or* Trinity-Sunday, *the Proper Psalms appointed for this Day, instead of those of ordinary Course, shall be also used, and the Collects added as before; and in all these cases the rest of this Office shall be omitted: But if it shall happen to be any other Sunday, this whole Office shall be used, as it followeth, entirely. And what Festival soever shall happen to fall upon this solemn Day of Thanksgiving, the following Hymn, appointed instead of* Venite exultemus, *shall be constantly used.*

Morning Prayer shall begin with these Sentences.

TO the Lord our God belong mercies and forgivenesses, though we have rebelled against him: neither have we obeyed the voice of the Lord our God, to walk in his laws which he set before us. *Dan.* ix. 9, 10.

It is of the Lord's mercies that we were not consumed: because his compassions fail not. *Lam.* iii. 22.

Instead of Venite exultemus *shall be sung or said this Hymn following; one Verse by the Priest, and another by the Clerk and People.*

MY song shall be alway of the loving-kindness of the Lord: with my mouth will I ever be shewing forth his truth from one generation to another. *Psalm* lxxxix. 1.

The merciful and gracious Lord hath so done his marvellous works: that they ought to be had in remembrance. Psalm cxi. 4.

Who can express the noble acts of the Lord: or shew forth all his praise? *Psalm* cvi. 2.

The works of the Lord are great: sought out of all them that have pleasure therein. Psalm cxi. 2.

The Lord setteth up the meek: and bringeth the ungodly down to the ground. *Psalm* cxlvii. 6.

The Lord executeth righteousness and judgement: for all them that are oppressed with wrong. Psalm ciii. 6.

For he will not alway be chiding: neither keepeth he his anger for ever. *Verse* 9.

He hath not dealt with us after our sins: nor rewarded us according to our wickedness. Verse 10.

For look how high the heaven is in comparison of the earth: so great is his mercy toward them that fear him. *Verse* 11.

Yea, like as a father pitieth his own children: even so is the Lord merciful unto them that fear him. Verse 13.

Thou, O God, hast proved us: thou also hast tried us, even as silver is tried. *Psalm* lxvi. 9.

Thou sufferedst men to ride over our heads, we went through fire and water: but thou hast brought us out into a wealthy place. Verse 11.

O how great troubles and adversities hast thou shewed us! and yet didst thou turn and refresh us: yea, and broughtest us from the deep of the earth again. *Psalm* lxxi. 18.

Thou didst remember us in our low estate, and redeem us from our enemies: for thy mercy endureth for ever. Psalm cxxxvi. 23, 24.

Lord, thou art become gracious unto thy land: thou hast turned away the captivity of Jacob. *Psalm* lxxxv. 1.

God hath shewed us his goodness plenteously: and God hath let us see our desire upon our enemies. Psalm lix. 10.

They are brought down and fallen: but we are risen and stand upright. *Psalm* xx. 8.

There are they fallen, all that work wickedness: they are cast down, and shall not be able to stand. Psalm xxxvi. 12.

The Lord hath been mindful of us, and he shall bless us: even he shall bless the house of Israel, he shall bless the house of Aaron. *Psalm* cxv. 12.

He shall bless them that fear the Lord: both small and great. Verse 13.

O that men would therefore praise the Lord for his goodness: and declare the wonders that he doeth for the children of men! *Psalm* cvii. 21.

That they would offer unto him the sacrifice of thanksgiving: and tell out his works with gladness! Verse 22.

And not hide them from the children of the generations to come: but shew the

LATINA.

FORMULA PRECUM XXIX MAII

commissa, nos docuisti, vel regum maximos, vel hominum optimos, violentæ æque ac naturali morti esse obnoxios; hinc etiam nos doce, dies nostros ita computare, ut ad sapientiam animum nostrum adjiciamus. Et concede, ut neque splendor ullius rei magnæ, neque imaginatio ullius boni in nobis, avertat oculos nostros, quominus, nosmet ipsos intuentes, quasi pulverem et cinerem æstimemus, peccato etiam inquinatum: sed ut, beati hujus Martyris tui exemplum secuti, progrediamur ad præmium supernæ vocationis nobis propositum, in fide et patientia; in humilitate et mansuetudine; in mortificatione et abnegatione nostri ipsorum; in caritate, et constanti perseverantia usque ad finem: et hæc omnia, propter Filium tuum, Jesum Christum, Dominum nostrum; cui, tecum et cum Spiritu Sancto, sit omnis honor et gloria, per infinita sæcula. *Amen.*

FORMULA PRECUM,

et Gratiarum Actionis Deo Optimo Maximo,

ob finitam magnam Rebellionem, Restitutione Regis regiæque Stirpis, et instauratione pristinæ, sed jam per multos annos desuetæ, Politiæ: quæ divina beneficia, nullis unquam verbis exæquanda, mirifice consummata sunt vicesimo nono die *Maii*, anno Christi 1660: unde et, in sempiternam facti memoriam, lege sancitum est, ut, in perpetuum, idem ille dies quotannis religiose celebraretur.

¶ *Officium idem erit in omnibus cum solito Officio pro diebus festis, nisi ubi in sequentibus aliter præscriptum fuerit.*

¶ *Si anniversaria hæc supplicatio inciderit in Diem Ascensionis vel Pentecostes, hujus tantum Officii Collectæ propriis in locis addendæ sunt illorum festorum Officiis. Quod si inciderit in feriam secundam aut tertiam post Pentecosten, aut in Dominicam Trinitatis, tum Psalmi proprii, in hunc diem designati, usurpabuntur, loco eorum qui aliter consueta serie recitandi forent.*

¶ *Preces Matutinæ ab his sententiis incipient.*

TIBI, Domino Deo nostro, misericordia et propitiatio, quia recessimus a te; et non audivimus vocem Domini, Dei nostri, ut ambularemus in lege ejus, quam posuit nobis. *Dan.* ix. 9, 10.

Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti; quia non defecerunt miserationes ejus. *Lament.* iii. 22.

¶ *Hic, loco Hymni illius,* Venite, exultemus, &c. *cantabitur aut recitabitur Hymnus sequens; hinc sacerdote, inde succentore et cœtu, alternos versus pronuntiantibus.*

MISERICORDIAS Domini in æternum cantabo: in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. *Psalm.* lxxxix. 1, 2.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus. Psalm. cxi. 4.

Quis loquetur potentias Domini; auditas faciet omnes laudes ejus? *Psalm.* cvi. 2.

Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus. Psalm. cxi. 2.

Suscipiens mansuetos Dominus; humilians autem peccatores usque ad terram. *Psalm.* clxvii. 6.

Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus. Psalm. ciii. 6.

Non in perpetuum irascetur; neque in æternum comminabitur. *Ver.* 9.

Non secundum peccata nostra fecit nobis; neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Ver. 10.

Quoniam, secundum altitudinem cœli a terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se. *Ver.* 11.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se. Ver. 13.

Probasti nos, Deus; igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. *Psalm.* lxvi. 9.

Imposuisti homines super capita nostra: transivimus per ignem et aquam: et eduxisti nos in refrigerium. Ver. 11.

Quantas ostendisti nobis tribulationes, multas et malas! et conversus vivificasti nos; et de abyssis terræ iterum reduxisti nos. *Psalm.* lxxi. 18.

Quia, in humilitate nostra, memor fuit nostri; et redemit nos ab inimicis nostris; quoniam in æternum misericordia ejus. Psalm. cxxxvi. 23, 24.

Benedixisti, Domine, terram tuam: avertisti captivitatem Jacob. *Psalm.* lxxxv. 1.

Deus noster; misericordia ejus prævenit nos: Deus ostendit nobis super inimicos nostros. Psalm. lix. 10.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: nos autem surreximus, et erecti sumus. *Psalm.* xx. 8.

Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt; nec potuerunt stare. Psalm. xxxvi. 12.

Dominus memor fuit nostri, et benedixit nobis. Benedixit domui Israel; benedixit domui Aaron. *Psalm.* cxv. 12.

Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis, cum majoribus. Ver. 13.

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum. *Psalm.* cvii. 21.

Et sacrificent sacrificium laudis; et annuntient opera ejus in exultatione. Ver. 22.

Non sunt occultata a filiis eorum, in generatione altera: narrantes laudes Domini,

LITURGIA POLYGLOTTA

Formula Precum XXIX Maii.

ANGLICANA.

LATINA.

THE RESTORATION OF THE ROYAL FAMILY.

honour of the Lord, his mighty and wonderful works that he hath done!
Psalm lxxviii. 4.

That our posterity may also know them, and the children that are yet unborn: and not be as their forefathers a faithless and stubborn generation. Verse 6. 9.

Give thanks, O Israel, unto God the Lord in the congregations: from the ground of the heart. *Psalm* lxviii. 26.

Praised be the Lord daily: even the God who helpeth us, and poureth his benefits upon us. Verse 19.

O let the wickedness of the wicked come to an end: but establish thou the righteous. *Psalm* vii. 9.

Let all those that seek thee be joyful and glad in thee: and let all such as love thy salvation say alway, The Lord be praised. Psalm xl. 19.

Glory be to the Father, &c.
As it was in the beginning, &c.

Proper Psalms. cxxiv, cxxvi, cxxix, cxviii.

Proper Lessons.

The First, 2 Sam. xix. ver. 9. *or* Num. xvi.

Te Deum.

The Second, The Epistle of St. Jude.

Jubilate Deo.

The Suffrages next after the Creed shall stand thus.

Priest. O Lord, shew thy mercy upon us.
Answer. *And grant us thy salvation.*
Priest. O Lord, save the King.
Answer. *Who putteth his trust in thee.*
Priest. Send him help from thy holy place.
Answer. *And evermore mightily defend him.*
Priest. Let his enemies have no advantage against him.
Answer. *Let not the wicked approach to hurt him.*
Priest. Endue thy Ministers with righteousness.
Answer. *And make thy chosen people joyful.*
Priest. Give peace in our time, O Lord.
Answer. *Because there is none other that fighteth for us, but only thou, O God.*
Priest. Be unto us, O Lord, a strong tower,
Answer. *From the face of our enemies.*
Priest. O Lord, hear our prayer.
Answer. *And let our cry come unto thee.*

Instead of the first Collect at Morning Prayer shall these two which follow be used.

O ALMIGHTY God, who art a strong tower of defence unto thy servants against the face of their enemies; we yield thee praise and thanksgiving for the wonderful deliverance of these kingdoms from THE GREAT REBELLION, and all the Miseries and Oppressions consequent thereupon, under which they had so long groaned. We acknowledge it thy goodness, that we were not utterly delivered over as a prey unto them; beseeching thee still to contiue such thy mercies towards us, that all the world may know that thou art our Saviour and mighty Deliverer; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

O LORD God of our salvation, who hast been exceedingly gracious unto this land, and by thy miraculous providence didst deliver us out of our miserable confusions; by restoring to us, and to his own just and undoubted Rights, our then most gracious Sovereign Lord, King *Charles* the Second, notwitstanding all the power and malice of his enemies; and, by placing him on the Throne of these Kingdoms, didst restore also unto us the publick and free profession of thy true Religion and Worship, together with our former Peace and Prosperity, to the great comfort and joy of our hearts: We are here now before thee, with all due thankfulness, to acknowledge thine unspeakable goodness herein, as upon this day shewed unto us, and to offer unto thee our sacrifice of praise for the same; humbly beseeching thee to accept this our unfeigned, though unworthy oblation of ourselves; vowing all holy obedience in thought, word and work, unto thy Divine Majesty; and promising all loyal and dutiful Allegiance to thine Anointed Servant now set over us, and to his Heirs after him; whom we beseech thee to bless with all increase of grace, honour and happiness, in this world, and to crown him with immortality and glory in the world to come, for Jesus Christ his sake our only Lord and Saviour. *Amen.*

In the end of the Litany (which shall always this Day be used) after the Collect [We humbly beseech thee, O Father, &c.] *shall this be said which next followeth.*

ALMIGHTY God, who hast in all ages shewed forth thy power and mercy in the miraculous and gracious deliverances of thy Church, and in the protection of righteous and religious Kings and States, professing thy holy and eternal truth, from the malicious Conspiracies and wicked Practices of all their enemies; We yield unto thee our unfeigned thanks and praise, as for thy many other great and publick mercies, so especially for that signal and wonderful Deliverance, by the wise and good Providence as upon this day completed, and vouchsafed to our then most gracious Sovereign King *Charles* the Second, and all the Royal Family, and in them, to this whole Church and State, and all orders and degrees of men in both, from the unnatural Rebellion, Usurpation, and Tyranny of ungodly and cruel men, and from the sad confusions and ruin thereupon ensuing. From all these, O gracious and merciful Lord God, not our merit, but thy mercy; not our foresight, but thy Providence; not our own arm, but thy right hand, and thine arm, did rescue and deliver us. And therefore, not unto us, O Lord, not unto us, but unto thy Name be ascribed all Honour, and Glory, and Praise, with most humble and hearty thanks, in all Churches of the Saints: Even so blessed be the Lord our God, who alone doeth wondrous things, and blessed be the Name of his Majesty for ever; through Jesus Christ our Lord and only Saviour. *Amen.*

In the Communion Service, immediately before the reading of the Epistle, shall these two Collects be used, instead of the Collect for the King and the Collect of the Day.

O Almighty God, &c. } *As before at*
O Lord God of our salvation, [&c.] } *Morning Prayer.*

The Epistle. 1 St. Peter ii. 11. to the 17th verse.

FORMULA PRECUM XXIX MAII.

et virtutes ejus, et mirabilia ejus, quæ fecit. *Psalm.* lxxviii. 4.

Ut cognoscat generatio altera; filii qui nascentur; ne fiant, sicut patres eorum, generatio prava et exasperans. Ver. 6. 9.

In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel. *Psalm.* lxviii. 26.

Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Ver. 19.

Consumetur nequitia peccatorum; et diriges justum. *Psalm.* vii. 9.

Exultent et lætentur super te omnes quærentes te: et dicant semper, Magnificetur Dominus, *qui diligunt salutare tuum.* Psalm. xl. 19.

Gloria Patri, &c.

Psalmi Proprii, cxxiv. cxxvi. cxxix. cxviii.

Lectiones Propriæ.

Prior, 2 Sam. xix. 9. *vel* Numer. xvi

Te Deum.

Posterior, Epistola S. Judæ.

Jubilate Deo.

¶ *Suffragia, Symbolum Apostolorum proxime sequentia, sic se habebunt:*

Sacerdos. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
Respons. *Et salutare tuum da nobis.*
Sacerd. Domine, salvum fac Regem.
Respons. *Qui suam in te spem ponit.*
Sacerd. Mitte illi auxilium e sancta tua sede.
Respons. *Et potenter eum perpetuo defende.*
Sacerd. Nihil in ipsum prævaleant inimici ejus.
Respons. *Ne appropinquent scelesti, ut ei noceant.*
Sacerd. Indue ministros tuos justitia.
Respons. *Et lætum redde populum tuum electum.*
Sacerd. Da pacem, Domine, in diebus nostris.
Respons. *Quia nullus alius est, qui pro nobis pugnet, nisi tu, Deus noster.*
Sacerd. Esto nobis, Domine, valida turris.
Respons. *A facie hostium nostrorum.*
Sacerd. Exaudi, Domine, supplicationem nostram.
Respons. *Et clamor noster ad te perveniat.*

¶ *Loco primæ Collectæ in Precibus Matutinis, sequentes duæ usurpabuntur.*

OMNIPOTENS Deus! qui fâmulis tuis quasi valida turris et propugnaculum adversus eorum hostes exsistis; laudem tibi, cum gratiarum actione, tribuimus, ob mirabilem horum regnorum liberationem a magna Rebellione, et ab omnibus ex ea natis miseriis et ærumnis, quarum onere tamdiu oppressi gemueramus. Tuæ benignitati acceptum ferimus, quod non, in morem prædæ, penitus ab iis consumpti fuerimus: teque deprecamur, ut illa tua tanta in nos beneficia propria et perennia esse velis; ita ut omnibus ubique hominibus manifestum fiat, TE servatorem nostrum esse, et potentem liberatorem; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

O DOMINE Deus, nostra sola salus! qui in hanc gentem supra modum benignus exstitisti; quique, mirifica tua providentia, nos e luctuosa rerum nostrarum conturbatione expedisti, reddendo nobis, et in indubia sua jura restituendo, clementissimum Regem nostrum, CAROLUM Secundum; nequidquam contra nitente summa inimicorum ejus potentia et malignitate; quique, cum eum, in avito solio collocatum, his regnis præficeres, nobis una publicam liberamque sinceræ religionis professionem, purique tui cultus usum, restituisti, cum pace simul, prosperoque rerum statu, ad eximium animorum nostrorum solamen et lætitiam: hic jam præsentes in tuo conspectu adsumus, cum debito grati animi sensu; ut illam tuam ineffabilem bonitatem agnoscamus, quæ, hoc quasi die, nobis olim illuxit; meritisque te laudibus ob eandem prosequamur; suppliciter rogantes, ut accepta tibi sit sincera hæc (utcunque indigna) nostri ipsorum oblatio; sanctamque simul voventes, et perfectam, in cogitationibus et verbis et factis, Divinæ tuæ Majestati obedientiam; atque insuper pollicentes, fidum nos debitumque obsequium præstituros Uncto tuo famulo, qui nunc nobis præest; itemque postmodum successoribus ejus: quem ut omni incremento gratiæ, honoris, et felicitatis, in hoc mundo cumules, et, post hanc vitam, immortalitate et gloria condecores, enixe rogamus, propter Jesum Christum, unicum nostrum Dominum et Servatorem. *Amen.*

¶ *In fine Litaniæ, (quæ hoc die semper recitabitur) post deprecationem illam* (Infirmitates nostras, &c.) *usurpanda est hæc altera, quæ proxime sequitur.*

OMNIPOTENS Deus! qui, in omnibus sæculis, potentiam tuam et misericordiam ostentare consuesti, cum ecclesiam tuam e periculis benigne simul et mirabiliter eriperes, et cum justos piosque reges et populos, sanctam tuam æternamque veritatem professos, a malignis omnium inimicorum conjurationibus scelestisque insidiis tutos præstares; ex animo tibi gratias agimus, meritamque laudem tribuimus, tum propter alia tua plurima et publica beneficia, tum præcipue propter insignem illam et admirandam gratiam, a benigna tua providentia simul et sapientia hoc quasi die consummatam, et concessam clementissimo Regi nostro *Carolo Secundo*, cunctæque regiæ stirpi, et (in illis) huic toti ecclesiæ et populo, omnibusque apud nos cujuscumque ordinis aut conditionis hominibus, cum universam gentem ab infanda rebellione, injustaque tyrannide et impotenti dominatu impiorum et crudelium hominum, liberares, et a luctuosa rerum conturbatione et ruina inde importata. Ab omnibus his malis, O benigne et misericors Domine Deus! non merita nostra, sed tua misericordia, non nostra præsensio, sed tua providentia, non nostrum brachium, sed tua dextra, tuum brachium, nos vindicavit et expedivit. Quapropter, non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo, omnis honor et gloria et laus, cum demissa sedulaque gratiarum actione, in omnibus Sanctorum ecclesiis tribuatur. Itaque benedictus sit Dominus Deus noster, qui solus mirabilia efficit; semperque benedictum sit Majestatis ejus nomen; per Jesum Christum, Dominum nostrum, unicumque Servatorem. *Amen.*

¶ *In Officio sacræ Communionis, statim ante lectionem Epistolæ, sequentes duæ Collectæ recitabuntur, loco deprecationis pro Rege, et Collectæ in istum diem designatæ.*

Omnipotens Deus! qui famulis, &c. } *Ut supra in Matutinis hujus diei Precibus habentur.*
O Domine Deus! &c. }

Epistola. 1 S. Petri, ii. 11—17

LITURGIA POLYGLOTTA.

Formula Precum XXIX Januarii.

ANGLICANA.

A FORM OF PRAYER FOR THE TWENTY-NINTH OF JANUARY.

The Gospel. St. Matth. xxii. 16. [to the 22d verse.]

In the Offertory shall this Sentence be read.

NOT every one that saith unto me, Lord, Lord, shall enter into the kingdom of heaven; but he that doeth the will of my Father which is in heaven. *St. Matth.* vii. 21.

After the Prayer [For the whole state of Christ's Church, &c.] *this Collect following shall be used.*

ALMIGHTY God and heavenly Father, who, of thine infinite and unspeakable goodness towards us, didst in a most extraordinary and wonderful manner disappoint and overthrow the wicked designs of those traiterous, heady, and high-minded men, who, under the pretence of Religion and thy most holy Name, had contrived, and well-nigh effected the utter destruction of this Church and Kingdom: As we do this day most heartily and devoutly adore and magnify thy glorious Name for this thine infinite goodness already vouchsafed to us; so do we most humbly beseech thee to continue thy grace and favour towards us, that no such dismal calamity may ever again fall upon us. Infatuate and defeat all the secret counsels of deceitful and wicked men against us: Abate their pride, asswage their malice, and confound their devices. Strengthen the hands of our gracious Sovereign King *GEORGE*, and all that are put in authority under him, with judgement and justice to cut off all such workers of iniquity, as turn Religion into Rebellion, and Faith into Faction; that they may never again prevail against us, nor triumph in the ruin of the Monarchy and thy Church among us. Protect and defend our Sovereign Lord the King, with the whole Royal Family, from all Treasons and Conspiracies. Be unto him an helmet of salvation, and a strong tower of defence against the face of all his enemies; clothe them with shame and confusion, but upon Himself and his Posterity let the Crown for ever flourish. So we thy people, and the sheep of thy pasture, will give thee thanks for ever, and will always be shewing forth thy praise from generation to generation; through Jesus Christ our only Saviour and Redeemer, to whom, with thee, O Father, and the Holy Ghost, be glory in the Church throughout all ages, world without end. *Amen.*

A FORM OF PRAYER

With Thanksgiving to Almighty God,
To be used in all Churches and Chapels within this Realm, every Year, upon the Twenty-ninth Day of January; being the Day on which His Majesty began his happy Reign.

The Service shall be the same with the usual Office for Holy-days in all things; except where it is in this Office otherwise appointed.

If this Day shall happen to be Sunday, *this whole Office shall be used, as it followeth, entirely.*

Morning Prayer shall begin with these Sentences.

I EXHORT that first of all, Supplications, Prayers, Intercessions, and giving of Thanks, be made for all men; for Kings, and for all that are in Authority; that we may lead a quiet and peaceable life, in all godliness and honesty: For this is good and acceptable unto God our Saviour. 1 *Tim.* ii. 1, 2, 3.

If we say that we have no sin, we deceive ourselves, and the truth is not in us: but, if we confess our sins, he is faithful and just to forgive us our sins, and to cleanse us from all unrighteousness. 1 *St. John* i. 8, 9.

Instead of Venite exultemus *the Hymn following shall be said or sung; one Verse by the Priest, and another by the Clerk and people.*

O LORD our Governour: how excellent is thy Name in all the world! *Psalm* viii. 1.

Lord, what is man, that thou hast such respect unto him: or the son of man, that thou so regardest him? Pslam cxliv. 3.

The merciful and gracious Lord hath so done his marvellous works: that they ought to be had in remembrance. *Psalm* cxi. 4.

O that men would therefore praise the Lord for his goodness: and declare the wonders that he doeth for the children of men! Psalm cvii. 21.

Behold, O God our defender: and look upon the face of thine Anointed. *Psalm* lxxxiv. 9.

O hold thou up his goings in thy paths: that his footsteps slip not. Psalm xvii. 5.

Grant the King a long life: and make him glad with the joy of thy countenance. *Psalm* lxi. 6. and xxi. 6.

Let him dwell before thee for ever: O prepare thy loving mercy and faithfulness, that they may preserve him. Psalm lxi. 7.

In his time let the righteous flourish: and let peace be in all our borders. *Psalm* lxxii. 7. and cxlvii. 14.

As for his enemies, clothe them with shame: but upon himself let his crown flourish. Psalm cxxxii. 19.

Blessed be the Lord God, even the God of Israel: which only doth wondrous things. *Psalm* lxxii. 18.

And blessed be the name of his Majesty for ever: and all the earth shall be filled with his Majesty. Amen, Amen. Verse 19.

Glory be to the Father, &c.
As it was in the beginning, &c.

Proper Psalms. xx, xxi, ci.

Proper Lessons.

The First, Joshua i. to the end of the 9th Verse.

Te Deum.

The Second, Romans xiii.

Jubilate Deo.

The Suffrages next after the Creed shall stand thus.

Priest. O Lord, shew thy mercy upon us.
Answer. *And grant us thy salvation.*
Priest. O Lord save the King;
Answer. *Who putteth his trust in thee.*
Priest. Send him help from thy holy place.
Answer. *And evermore mightily defend him.*
Priest. Let his enemies have no advantage against him.
Answer. *Let not the wicked approach to hurt him.*
Priest. Endue thy Ministers with righteousness.
Answer. *And make thy chosen people joyful.*

LATINA.

FORMULA PRECUM XXIX JANUARII.

Evangelium. S. Matth. xxii. 16—22.

¶ *In Offertorio legetur hæc sententia.*

NON omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est. *S. Matth.* vii. 21.

¶ *Post deprecationem* Pro universo Statu Ecclesiæ Christi, *hæc Collecta usurpabitur.*

OMNIPOTENS Deus, Pater cœlestis! qui, pro tua in nos immensa et ineffabili benignitate, insignem prorsus et mirandum in modum, disjecisti et frustratus es scelesta illa perfidorum, contumacium, et superborum hominum consilia, qui, pietatem et sanctissimum tuum nomen prætendentes, Ecclesiam hanc, totumque adeo regnum, pessumdare cogitarant, et cogitata prope jam perfecerant; Ut nos hodie, ex intimo pii animi affectu, illustre tuum nomen summopere adoramus et extollimus, ob infinitum illud, a te jam in nos collatum, beneficium; ita, porro, enixe et suppliciter te obsecramus, ut tuam erga nos gratiam et benignitatem perpetuam esse velis; nequando dira quæpiam ejusdemmodi clades denuo nos opprimat. Infatua, et irrita redde omnia clandestina consilia, a fallacibus et nefariis hominibus contra nos inita; ipsorumque superbiam deprime, malignitatem restingue, machinationes disturba. Corrobora manus clementissimi Regis nostri *GEORGII*, et omnium qui sub eo imperium exercent: indue eos judicio et justitia, ad excidendos omnes istos maleficii artifices, qui religionem in rebellionem, fidemque in factionem, convertunt; ne unquam contra nos iterum prævaleant, regiæve potestatis, tuæque apud nos Ecclesiæ, occasu lætentur et exultent. Protege et defende supremum Dominum Regemque nostrum, cum tota regia stirpe, ab omni proditione, ab omnibus insidiis et conjurationibus. Sis ipsi tamquam galea ad tutamen, tamquam valida turris ad defensionem, contra omnes inimicos suos. Illos ignominia et pudore cooperias: in ipsius vero fronte, et posterorum ejus, fac semper splendeat diadema. Sic nos, populus tuus, et oves pascui tui, perpetuo tibi gratias agemus, laudemque tuam celebrabimus a generatione in generationem, per Jesum Christum, unicum Servatorem nostrum et Redemptorem, cui, tecum, Pater! et cum Spiritu Sancto, sit gloria in Ecclesia, per infinita sæcula. *Amen.*

FORMULA PRECUM,

et Gratiarum Actionis Deo Optimo Maximo, in omnibus hujus regni ecclesiis et sacellis quotannis usurpanda vigesimo nono die Januarii; quo die GEORGII QUARTI Majestas regnare cœpit.

¶ *Officium idem erit in omnibus cum solito Officio pro diebus festis, nisi ubi aliter in sequentibus præscriptum fuerit.*

¶ *Quod si anniversaria hæc supplicatio in Diem Dominicam inciderit, tum integrum hoc officium usurpandum est, prout infra habetur.*

¶ *Preces Matutinæ ab his sententiis incipient.*

OBSECRO igitur, primum omnium, fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus; pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt; ut quietam et tranquillam vitam agamus, in omni pietate et castitate: hoc enim bonum est, et acceptum coram Salvatore nostro, Deo. 1 *Tim.* ii. 1, 2, 3.

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus; et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate. 1 *Joann.* i. 8, 9.

¶ *Hic, loco Hymni illius* (Venite, exultemus, &c.) *cantabitur aut recitabitur Hymnus sequens; hinc sacerdote, inde succentore et cætu, alternos versus pronuntiantibus.*

DOMINE, Dominus noster! quam admirabile est nomen tuum in universa terra! *Psalm.* viii. 1.

Domine! quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? Psalm. cxliv. 3.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus. *Psal.* cxi. 4.

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum. Psalm. cvii. 21.

Protector noster, aspice, Deus; et respice in faciem christi tui. *Psalm.* lxxxiv. 9.

Perfice gressus ejus in semitis tuis; ut non moveantur vestigia ejus. Psalm. xvii. 5.

Dies super dies regis adjice: lætifica eum in gaudio cum vultu tuo. *Psalm.* lxi. 6. & xxi. 6.

Permaneat in æternum in conspectu tuo: misericordiam et veritatem ejus quis requiret? Psalm. lxi. 7.

Oriatur in diebus ejus justitia; et ponas fines nostros pacem. *Psalm.* lxxii. 7. & cxlvii. 14.

Inimicos ejus induas confusione: super ipsum autem efflloreat sanctificatio tua. Psalm. cxxxii. 19.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. *Psalm.* lxxii. 18.

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum: et replebitur majestate ejus omnis terra: fiat, fiat. Ver. 19.

Gloria Patri, &c.

Psalmi proprii, xx. xxi. ci.

Lectiones propriæ.

Prior. Josue i. *usque ad finem versiculi noni.*

Te Deum.

Posterior. Rom. xiii.

Jubilate Deo.

¶ *Suffragia, Symbolum Apostolorum proxime sequentia, sic se habebunt:*

Sacerd. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
Respons. *Et salutare tuum da nobis.*
Sacerd. Domine, salvum fac Regem.
Respons. *Qui suam in te spem ponit.*
Sacerd. Mitte illi auxilium e sancta tua sede.
Respons. *Et potenter eum perpetuo defende.*
Sacerd. Nihil in ipsum prævaleant inimici ejus.
Respons. *Ne appropinquent scelesti, ut ei noceant.*
Sacerd. Indue ministros tuos justitia.
Respons. *Et lætum redde populum tuum electum.*

LITURGIA POLYGLOTTA

Formula Precum XXIX Januarii.

ANGLICANA.

A FORM OF PRAYER FOR THE TWENTY-NINTH OF JANUARY.

Priest. O Lord, save thy people.
Answer. *And bless thine inheritance.*
Priest. Give peace in our time, O Lord.
Answer. *Because there is none other that fighteth for us, but only thou, O God.*
Priest. Be unto us, O Lord, a strong tower;
Answer. *From the face of our enemies.*
Priest. O Lord, hear our prayer;
Answer. *And let our cry come unto thee.*

Instead of the first Collect at Morning Prayer shall be used this following Collect of Thanksgiving for his Majesty's Accession to the Throne.

ALMIGHTY God, who rulest over all the kingdoms of the World, and disposest of them according to thy good pleasure; We yield thee unfeigned thanks, for that thou wast pleased, as on this day, to place thy Servant our Sovereign Lord, King *GEORGE* upon the Throne of this Realm. Let thy wisdom be his guide, and let thine arm strengthen him; let justice, truth, and holiness, let peace and love, and all those virtues that adorn the Christian Profession, flourish in his days: direct all his counsels and endeavours to thy glory, and the welfare of his people; and give us grace to obey him cheerfully and willingly for conscience sake; that neither our sinful passions, nor our private interests, may disappoint his cares for the publick good; let him always possess the hearts of his people, that they may never be wanting in honour to his Person, and dutiful submission to his Authority; let his Reign be long and prosperous, and crown him with immortality in the life to come; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

In the end of the Litany (which shall always be used upon this day) after the Collect [We humbly beseech thee, O Father, &c.] *shall the following prayer, for the King and Royal Family be used.*

O LORD our God, who upholdest and governest all things in heaven and earth; recieve our humble prayers, with our hearty thanksgivings, for our Sovereign Lord *GEORGE*, as on this day, set over us by thy grace and providence to be our King; and so together with him bless all the Royal Family; that they all, ever trusting in thy goodness, protected by thy power, and crowned with thy gracious and endless favour, may continue before thee in health, peace, joy, and honour, and may live long and happy lives upon earth, and after death obtain everlasting life and glory in the kingdom of heaven, by the Merits and Mediation of Christ Jesus our Saviour, who with the Father and the Holy Spirit, liveth and reigneth ever one God, world without end. *Amen.*

Then shall follow this Collect, for God's protection of the King against all his enemies.

MOST gracious God, who hast set thy Servant *GEORGE* our King upon the Throne of his Ancestors, we most humbly beseech thee to protect him on the same from all the dangers to which he may be exposed; Hide him from the gathering together of the froward, and from the insurrection of wicked doers; Do thou weaken the hands, blast the designs, and defeat the enterprizes of all his enemies, that no secret conspiracies, nor open violences, may disquiet his Reign: but that, being safely kept under the shadow of thy wing, and supported by thy power, he may triumph over all opposition; that so the world may acknowledge thee to be his defender and mighty deliverer in all difficulties and adversities; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

Then the Prayer for the High Court of Parliament (if sitting.)

In the Communion Service, immediately before the reading of the Epistle, instead of the Collect for the King, and that of the Day, shall be used this Prayer for the King, as supreme Governor of this Church.

BLESSED Lord, who hast called Christian Princes to the defence of thy Faith, and hast made it their duty to promote the spiritual welfare, together with the temporal interest of their people: We acknowledge with humble and thankful hearts thy great goodness to us, in setting thy Servant our most gracious King over this Church and Nation; Give him, we beseech thee, all those heavenly graces that are requisite for so high a trust: Let the work of thee his God prosper in his hands; Let his eyes behold the success of his designs for the service of thy true Religion established amongst us; And make him a blessed instrument of protecting and advancing thy Truth, wherever it is persecuted and oppressed; Let Hypocrisy and Profaneness, Superstition and Idolatry, fly before his face; Let not Heresies and false Doctrines disturb the peace of the Church, nor Schisms and causeless Divisions weaken it; But grant us to be of one heart and one mind in serving thee our God, and obeying him according to thy will: And that these blessings may be continued to after-ages, let there never be one wanting in his house to succeed him in the government of this United Kingdom, that our posterity may see his children's children, and peace upon Israel. So we that are thy people, and sheep of thy pasture, shall give thee thanks for ever, and will always be shewing forth thy praise from generation to generation. *Amen.*

The Epistle. 1 St. Peter ii. 11. [*to the* 17.]
The Gospel. St. Matth. xxii. 16. [*to the* 22.]
After the Nicene *Creed shall follow the Sermon.*

In the Offertory shall this Sentence be read:

LET your light so shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father which is in heaven. *St. Matth.* v. 16.

After the Prayer [For the whole State of Christ's Church, &c.] *these Collects following shall be used*

A Prayer for Unity.

O GOD the Father of our Lord Jesus Christ, our only Saviour, the Prince of Peace; Give us grace seriously to lay to heart the great dangers we are in by our unhappy divisions. Take away all hatred and prejudice, and whatsoever else may hinder us from godly Union and Concord: that, as there is but one Body, and one Spirit, and one Hope of our Calling, one Lord, one Faith, one Baptism, one God and Father of us all, so we may henceforth be all of one heart, and of one soul, united in one holy bond of Truth and Peace, of Faith and Charity, and may with one mind

LATINA.

FORMULA PRECUM XXIX JANUARII.

Sacerd. Domine, salvum fac populum tuum.
Respons. *Et benedicito hæreditati tuæ.*
Sacerd. Da pacem, Domine, in diebus nostris.
Respons. *Quia nullus alius est, qui pro nobis pugnet, nisi tu, Deus noster.*
Sacerd. Esto nobis, Domine, valida turris.
Respons. *A facie hostium nostrorum.*
Sacerd. Exaudi, Domine, supplicationem nostram.
Respons. *Et clamor noster ad te perveniat.*

¶ *Loco primæ Collectæ in Precibus Matutinis, subjecta hæc Collecta usurpabitur, qua gratiæ agantur ob Regis ad regale fastigium ascensionem.*

OMNIPOTENS Deus! qui omnia mundi regna gubernas, et pro tua voluntate moderaris; ex animo tibi gratias agimus, quod famulum tuum, supremum Dominum nostrum, GEORGIUM Regem, hoc quasi die in regni hujus solio collocare dignatus sis. Tua illum sapientia dirigat: tua illum manus corroboret. Tempore ejus vigeant justitia, veritas, sanctitas, cum omnibus aliis virtutibus, quæ Christianam professionem exornant. Omnia ejus consilia, omnes conatus, ad gloriam tuam et ad populi salutem dirige: eamque nobis mentem infunde, ut læti lubentesque, conscientiæ gratia, ei pareamus: ita ut neque impiis animi affectibus, nec privati commodi studio, frustremur curas ejus pro bono publico susceptas. Perpetuo suorum amore fruatur, ne unquam iis voluntas desit, quin, debito obsequio, et ipsum colant, et imperio ejus obediant. Diu feliciterque sceptra gerat: et tu, post hanc vitam, immortali eum corona condecora; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *In fine Litaniæ, (quæ hoc die semper recitabitur) post Collectam illam* (Infirmitates nostras, &c.) *usurpanda est subjecta hæc deprecatio pro Rege et regia stirpe.*

DOMINE, Deus noster! qui cuncta in cœlo et in terra sustentas et moderaris; supplices nostras preces exaudi, acceptasque habe gratias, quas ex intimo corde tibi profundimus, propter Dominum nostrum GEORGIUM, hoc quasi die, tua gratia et providentia, regem nobis præpositum: eamque ipsi et universæ regiæ stirpi felicitatem indulgeas, ut omnes, bonitate tua semper freti, potentia tua defensi, benignoque et perenni tuo favore insigniti, in conspectu tuo vigeant, bonaque fruantur valetudine, cum pace, lætitia, et honore; diuque felices in terra vivant; et, morte defuncti, æternam exinde vitam gloriamque in regno cœlesti consequantur, per merita et mediationem Servatoris nostri, Jesu Christi, qui, cum Patre et Spiritu Sancto, vivit et regnat, semper unus Deus, per infinita sæcula. *Amen.*

¶ *Deinde sequetur hæc Deprecatio, ut Deus Regem contra omnes ejus inimicos tueatur.*

BENIGNISSIME Deus! qui famulum tuum *Georgium* proavito in solio collocasti; supplices te rogamus, ut in eodem tutum eum præstes ab omnibus periculis, siqua ei aliquando immineant. Tu eum protege a conventu malignorum, et a multitudine operantium iniquitatem: tu omnium ejus inimicorum manus debilita; consilia eorum dissice, conatusque irritos effice; ne vel occulta ulla conjuratio, vel aperta vis, imperii ejus tempora inquieta reddat; sed ut, in tuto servatus sub umbra alarum tuarum, et tua potentia sustentatus, omnium suorum adversariorum victor evadat; ita ut omnes homines uno ore fateantur, te defensorem ejus exstare, et, in omnibus ejus angustiis rebusque adversis, potentem servatorem; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *Tunc insequetur deprecatio* Pro suprema Senatus Curia, *si hoc ipso tempore conventum agat.*

¶ *In Officio sacræ Communionis, statim ante Epistolæ lectionem, loco Collectæ pro Rege, et Collectæ in ipsam diem constitutæ, pronuntiabitur sequens deprecatio pro Rege, ut supremo ecclesiæ hujus rectore.*

BENEDICTE Domine! qui Christianos principes ad fidei defensionem advocasti, idque iis imposuisti officium, ut spiritalem suorum salutem, una cum terrenis eorum commodis, curarent; demisso gratoque animo agnoscimus insignem tuam erga nos benignitatem in eo quod famulum tuum, clementissimum Regem nostrum, huic ecclesiæ gentique præposueris. Exorna illum (quæsumus) omni cœlesti gratia, quam adeo magni momenti munus flagitat. Tuum (qui Deus ipsius es) opus sub manu ejus prospere proficiat. Suis ipse oculis ad optatum exitum perducta videat quæcumque consilia ceperit pro bono veræ tuæ religionis inter nos constitutæ: tuque felici ejus ministerio utere ad defendendam et promovendam tuam veritatem, ubicumque vexata et oppressa laborat. A facie ejus fugiant et simulata religionis species et professa ejusdem contemptio, simulque superstitio et idololatria. Ne sinas ut hæreses falsæque doctrinæ pacem ecclesiæ conturbent; neve ut schismata et dissidia, nullis causis exorta, eam debilitent: sed concede nobis, ut, concordes et unanimi, tibi, Deo nostro, serviamus, Regique pareamus secundum voluntatem tuam. Et, quo eximia hæc bona venturis quoque sæculis perpetuentur, fac nunquam desit ex stirpe ipsius hæres, qui, in coaliti hujus regni gubernatione, vices ejus suscipiat; ut posteri nostri natorum ejus natos videant, et pacem super Israel. Sic nos, populus tuus, tuique pascui oves, sine fine tibi gratias agemus; nec unquam laudem tuam a generatione in generationem prædicare desinemus. *Amen.*

Epistola. 1 S. Petri, ii. 11—17.
Evangelium. S. Matth. xxii. 16—22.

¶ *Post Symbolum Nicænum, sequetur Concio.*

¶ *In Offertorio legetur hæc sententia:*

SIC luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. *S. Matth.* v. 16.

¶ *Post deprecationem* [" Pro universo Statu Ecclesiæ Christi,"] *sequentes Collectæ usurpabuntur.*

O DEUS! pater Domini nostri Jesu Christi, qui unicus est Servator noster, pacisque Princeps; eam nobis gratiam largiri digneris, ut serio cogitemus, quantis in periculis, ob misera nostra dissidia, versemur. Odia omnia et animi offensiones a nobis procul amove, et quidquid aliud obstare possit, quominus in pia unitate et concordia consentiamus; ut, quomodo unum duntaxat corpus est, unusque spiritus, et una nostræ vocationis spes, unus item Dominus, una fides, unus baptismus, unusque noster omnium Deus et Pater; ita nos posthac omnes, unanimi et concordes, unoque veritatis, pacis, fidei,

LITURGIA POLYGLOTTA.

Preces Synodales.

ANGLICANA.

HIS MAJESTY'S DECLARATION.

and one mouth glorify thee; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

GRANT, O Lord, we beseech thee, that the course of this world may be so peaceably ordered by thy governance, that thy Church may joyfully serve thee in all godly quietness, through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

GRANT, we beseech thee, Almighty God, that the words, which we have heard this day with our outward ears, may through thy grace be so grafted inwardly in our hearts, that they may bring forth in us the the fruit of good living, to the honour and praise of thy Name; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

ALMIGHTY God, the fountain of all wisdom, who knowest our necessities before we ask, and our ignorance in asking, We beseech thee to have compassion upon our infirmities; and those things, which for our unworthiness we dare not, and for our blindness we cannot ask, vouchsafe to give us for the worthiness of thy Son Jesus Christ our Lord. *Amen.*

THE peace of God which passeth all understanding, keep your hearts and minds in the knowledge and love of God, and of his Son Jesus Christ our Lord: And the blessing of God Almighty, the Father, the Son, and the Holy Ghost, be amongst you, and remain with you always. *Amen.*

ARTICLES

Agreed upon by the Archbishops and Bishops of both Provinces, and the whole Clergy, in the Convocation holden at London *in the Year* 1562, *for the avoiding of Diversities of Opinions and for the establishing of Consent touching true Religion: Reprinted by His Majesty's Commandment, with his Royal Declaration prefixed thereunto.*

HIS MAJESTY'S DECLARATION.

BEING by God's Ordinance, according to Our just Title, *Defender of the Faith, and Supreme Governour of the Church, within these Our Dominions*, We hold it most agreeable to this Our Kingly Office, and our own Religious zeal, to conserve and maintain the Church committed to Our Charge, in unity of true Religion, and in the bond of peace; and not to suffer unnecessary Disputations, Altercations, or Questions to be raised, which may nourish Faction both in the Church and Commonwealth. We have therefore, upon mature Deliberation, and with the Advice of so many of our Bishops as might conveniently be called together, thought fit to make this Declaration following:

That the Articles of the Church of *England* (which have been allowed and authorized heretofore, and which Onr Clergy generally have subscribed unto) do contain the true Doctrine of the Church of *England* agreeable to God's Word: which We do therefore ratify and confirm, requiring all our loving subjects to continue in the uniform Profession thereof, and prohibiting the least difference from the said Articles; which to that End, We command to be new printed, and this Our Delaration to be published therewith.

That We are Supreme Governour of the Church of *England:* And that if any difference arise about the external Policy, concerning the *Injunctions*, *Canons*, and other *Constitutions* whatsoever thereto belonging, the Clergy in their Convocation is to order and settle them, having first obtained leave under Our Broad Seal so to do: and We approving their said Ordinances and Constitutions; providing that none be made contrary to the Laws and Customs of the Land.

That out of our Princely Care that the Churchmen may do the Work which is proper unto them, the Bishops and Clergy, from time to time in Convocation, upon their humble Desire, shall have Licence under our Broad Seal to deliberate of, and to do all such Things, as, being made plain by them, and assented unto by Us, shall concern the settled Continuance of the Doctrine and Discipline of the Church of *England* now established; from which we will not endure any varying or departing in the least Degree.

That for the present, though some differences have been ill raised, yet We take comfort in this, that all Clergymen within Our Realm have always most willingly subscribed to the Articles established; which is an argument to Us, that they all agree in the true, usual, literal meaning of the said Articles: and that even in those curious points, in which the present differences lie, men of all sorts take the Articles of the Church of *England* to be for them; which is an argument again, that none of them intend any desertion of the Articles established.

That therefore in these both curious and unhappy differences, which have for so many hundred years, in different times and places, exercised the Church of Christ, We will, that all further curious search be laid aside, and these disputes shut up in God's promises, as they be generally set forth to us in the holy Scriptures, and the general meaning of the Articles of the Church of *England* according to them. And that no man hereafter shall either print, or preach, to draw the Article aside any way, but shall submit to it in the plain and full meaning thereof: and shall not put his own sense or comment to be the meaning of the Article, but shall take it in the literal and grammatical sense.

That if any publick Reader in either of Our Universities, or any Head or Master of a College, or any other person respectively in either of them, shall affix any new sense to any Article, or shall publickly read, determine, or hold any publick Disputation, or suffer any such to be held either way, in either the Universities or Colleges respectively; or if any Divine in the Universities shall preach or print any thing either way, other than is already established in Convocation with Our Royal Assent; he, or they the Offenders, shall be liable to Our displeasure, and the Church's censure in Our Commission Ecclesiastical, as well as any other; And We will see there shall be due Execution upon them.

LATINA.

PRECES SYNODALES.

caritatisque sancto vinculo connexi, vivamus; unaque mente et una voce te glorificemus; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

DA nobis, (quæsumus) Domine! ut hujus mundi cursus ita pacifice tua gubernatione dirigatur, ut Ecclesia tua in pace et pietate cum gaudio tibi serviat; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

DA, (quæsumus) Deus Omnipotens! ut, quæ verba hodie externis auribus audivimus, ea sic cordibus nostris per gratiam tuam inserantur, ut bonam in nobis vitæ frugem proferant, ad tui nominis honorem et laudem; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

OMNIPOTENS Deus, fons omnis sapientiæ! cui perspecta est et indigentia nostra priusquam petamus, et in petendo inscitia; infirmitatum nostrarum miserere, quæsumus; et, quæ a te petere vel propter indignitatem non audemus, vel propter cæcitatem nequimus, ea nobis largiri digneris, per merita Filii tui, Domini nostri, Jesu Christi. *Amen.*

PAX Dei, quæ omnem superat intellectum, servet corda mentesque vestras in cognitione et amore Dei, et Filii ejus, Jesu Christi, Domini nostri: et favor Dei Omnipotentis, Patris, Filii, et Spiritus Sancti, vobis adsit, semperque vobiscum permaneat. *Amen.*

FORMA PRECUM,

In utraque Domo CONVOCATIONIS, sive SYNODI Prælatorum et cæteri Cleri, seu *Provincialis* seu *Nationalis*, in ipso statim cujuslibet Sessionis initio sollenniter recitanda.

¶ *Litania, seu Supplicatio Generalis, initio cujuslibet Sessionis sollenniter recitabitur; præeunte in Domo quidem Superiori* Episcopo *novissime consecrato; in Inferiori autem,* Prolocutore, *postquam fuerit electus, approbatus, et confirmatus.*

PATER cœlestis, Deus! miserere nobis miseris peccatoribus.

Et sequentia in solita forma, nisi quod, post Petitionem illam,

Ut omnes Episcopos, Presbyteros, et Diaconos vera cognitione, &c. *hæc proxime sequuntur.*

Ut præsenti huic Convocationi [*vel* Synodo] Spiritu tuo Sancto aspirare et præesse digneris, qui nos ducat in omnem veritatem quæ est secundum pietatem.

¶ *Deinde, Litania finita, sequetur Oratio pro suprema Curia Parliamenti, durante ejus Sessione.*

Clementissime Deus! te rogamus, &c.

¶ *Huic subsequitur Oratio pro præsente Convocatione, sive Synodo.*

DOMINE Deus, Pater luminum, et fons omnis sapientiæ! nos, ad scabellum pedum tuorum provoluti, humiles tui et indigni famuli, Te rogamus, ut, qui in Nomine tuo, sub auspiciis clementissimi Regis GEORGII, hic convenimus, gratia tua cœlitus adjuti, ea omnia investigare, meditari, tractare, et discernere valeamus, quæ honorem tuum et gloriam promoveant, et in Ecclesiæ cedant profectum. Concede igitur, ut Spiritus tuus, qui Concilio olim Apostolico, huic nostro etiam nunc insideat, ducatque nos in omnem veritatem quæ est secundum pietatem: ut, qui, ad amussim sanctæ Reformationis nostræ, errores, corruptelas, et superstitiones olim hic grassantes, tyrannidemque Papalem, merito et serio repudiavimus, Fidem Apostolicam et vere Catholicam firmiter et constanter teneamus omnes; tibique rite puro cultu intrepidi serviamus, per Jesum Christum, Dominum et Servatorem nostrum. *Amen.*

¶ *Superaddi poterunt quatuor Collectæ, vel aliquot earum, prout visum fuerit, pro universo Clero. Quæ autem illas sequitur, quinta, quæ Sancti* Chrysostomi *dicitur, nunquam omittatur.*

I

OMNIPOTENS Deus! qui Ecclesiam tuam Apostolorum et Prophetarum fundamento, ipsique adeo imo ejus angulari lapidi Jesu Christo inædificasti; concede, nos ita per eorum doctrinam in unitate Spiritus conjungi, ut in templum sanctum, tibi acceptum, exsurgamus, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

II.

OMNIPOTENS et Sempiterne Deus! cujus Spiritu integrum Ecclesiæ corpus regitur et sanctificatur; supplicationes nostras ac preces suscipe, quas pro omnibus in Ecclesia tua sancta hominum ordinibus tibi offerimus; ut unumquodque ejusdem membrum, pro suo munere et ministerio, sincere tibi et religiose inserviat, per Dominum et Servatorem nostrum, Jesum Christum. *Amen.*

III.

OMNIPOTENS Deus! qui, per Filium tuum, Jesum Christum, sanctis Apostolis tuis multa contulisti dona præstantia, iisque, ut gregem tuum pascerent, instanter præcepisti; faxis, quæsumus, ut Episcopi et Pastores omnes sanctum verbum tuum diligenter prædicent; populusque eidem studiose obsequatur, quo æternæ coronam gloriæ consequamur omnes, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

IV.

CONCEDE, quæsumus, Domine, ut mundi hujus tenor ita placide moderamine tuo temperetur, ut Ecclesia tua pie, tranquille, et alacriter tibi famuletur, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

V.

OMNIPOTENS Deus! qui gratiam nobis dedisti ad communes nostras hoc tempore preces uno tibi animo effundendas, quique polliceris, ubi duo vel tres in nomine tuo congregati fuerint, te eorum petitiones exauditurum; famulorum tuorum, Domine, desideria ac vota, prout illis expediat maxime, jam adimple; concessa nobis in hoc sæculo tuæ veritatis cognitione, et in futuro vita æterna. *Amen.*

GRATIA Domini nostri, Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Spiritus Sancti, sit semper nobiscum omnibus. *Amen.*

LITURGIA POLYGLOTTA.

Articuli.

ANGLICANA.

ARTICLES OF RELIGION.

I. *Of Faith in the Holy Trinity.*

THERE is but one living and true God, everlasting, without body, parts, or passions; of infinite power, wisdom, and goodness; the Maker, and Preserver of all things both visible and invisible. And in unity of this Godhead there be three Persons, of one substance, power, and eternity; the Father, the Son, and the Holy Ghost.

II. *Of the Word or Son of God, which was made very Man.*

THE Son, which is the Word of the Father, begotten from everlasting of the Father, the very and eternal God, and of one substance with the Father, took Man's nature in the womb of the blessed Virgin, of her substance: so that two whole and perfect Natures, that is to say, the Godhead and Manhood, were joined together in one Person, never to be divided, whereof is one Christ, very God, and very Man; who truly suffered, was crucified, dead and buried, to reconcile his Father to us, and to be a sacrifice, not only for original guilt, but also for the actual sins of men.

III. *Of the going down of Christ into Hell.*

AS Christ died for us, and was buried, so also is it to be believed, that he went down into Hell.

IV. *Of the Resurrection of Christ.*

CHRIST did truly rise again from death, and took again his body, with flesh, bones, and all things appertaining to the perfection of Man's nature; wherewith he ascended into Heaven, and there sitteth, until he return to judge all Men at the last day.

V. *Of the Holy Ghost.*

THE Holy Ghost, proceeding from the Father and the Son, is of one substance, majesty, and glory, with the Father and the Son, very and eternal God.

VI. *Of the Sufficiency of the holy Scriptures for salvation.*

HOLY Scripture containeth all things necessary to salvation: so that whatsoever is not read therein, nor may be proved thereby, is not to be required of any man, that it should be believed as an article of the Faith, or be thought requisite or necessary to salvation. In the name of the holy Scripture we do understand those Canonical Books of the Old and New Testament, of whose authority was never any doubt in the Church.

Of the Names and Number of the Canonical Books.

GENESIS,	*Judges,*
Exodus,	*Ruth,*
Leviticus,	*The First Book of Samuel,*
Numbers,	*The Second Book of Samuel,*
Deuteronomy,	*The First Book of Kings,*
Joshua,	*The Second Book of Kings,*
The First Book of Chronicles,	*The Book of Esther,*
The Second Book of Chronicles,	*The Book of Job,*
The First Book of Esdras,	*The Psalms,*
The Second Book of Esdras,	*The Proverbs,*
	Ecclesiastes or Preacher,
	Cantica, or Songs of Solomon,
	Four Prophets the greater,
	Twelve Prophets the less.

And the other books (as *Hierome* saith) the Church doth read for example of life and instruction of manners; but yet doth it not apply them to establish any doctrine; such are these following:

The Third Book of Esdras,	*Baruch the Prophet,*
The Fourth Book of Esdras,	*The Song of the Three Children,*
The Book of Tobias,	*The Story of Susanna,*
The Book of Judith,	*Of Bell the Dragon,*
The rest of the Book of Esther,	*The Prayer of Manasses,*
The Book of Wisdom.	*The First Book of Maccabees,*
Jesus the Son of Sirach,	*The Second Book of Maccabees.*

All the books of the New Testament, as they are commonly received, we do receive, and account them Canonical.

VII. *Of the Old Testament.*

THE Old Testament is not contrary to the New: for both in the Old and New Testament everlasting life is offered to Mankind by Christ, who is the only Mediator between God and Man, being both God and Man. Wherefore they are not to be heard, which feign that the old Fathers did look only for transitory promises. Although the Law given from God by Moses, as touching Ceremonies and Rites, do not bind Christian men, nor the Civil precepts thereof ought of necessity to be received in any commonwealth; yet notwithstanding, no Christian man whatsoever is free from the obedience of the Commandments which are called Moral.

VIII. *Of the Three Creeds.*

THE Three Creeds, *Nicene* Creed, *Athanasius's* Creed, and that which is commonly called the *Apostles'* Creed, ought thoroughly to be received and believed; for they may be proved by most certain warrants of holy Scripture.

IX. *Of Original or Birth-sin.*

ORIGINAL Sin standeth not in the following of *Adam*, (as the *Pelagians* do vainly talk;) but it is the fault and corruption of the nature of every man, that naturally is ingendered of the offspring of *Adam*; whereby man is very far gone from original righteousness, and is of his own nature inclined to evil, so that the flesh lustesh always contrary to the spirit; and therefore in every person born into this world,

LATINA.

ARTICULI,

De quibus convenit inter Archiepiscopos et Episcopos utriusque Provinciæ, et Clerum universum, in Synodo, Londini, *anno* 1562, *secundum computationem ecclesiæ* Anglicanæ, *ad tollendam opinionum dissensionem, et consensum in vera Religione firmandum.*

I. *De Fide in sacro-sanctam Trinitatem.*

UNUS est vivus et verus Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, impassibilis, immensæ potentiæ, sapientiæ, ac bonitatis; creator et conservator omnium, tum visibilium, tum invisibilium. Et, in unitate hujus divinæ naturæ, tres sunt personæ, ejusdem essentiæ, potentiæ, ac æternitatis, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus.

II. *De Verbo, sive Filio Dei, qui verus homo factus est.*

FILIUS, qui est verbum patris, ab æterno a patre genitus, verus et æternus Deus, ac patri consubstantialis, in utero Beatæ Virginis, ex illius substantia naturam humanam assumpsit; ita ut duæ naturæ, divina et humana, integre atque perfecte in unitate personæ fuerint inseparabiliter conjunctæ, ex quibus est unus Christus, verus Deus et verus homo, qui vere passus est, crucifixus, mortuus, et sepultus, ut Patrem nobis reconciliaret, essetque hostia, non tantum pro culpa originis, verum etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

III. *De Descensu Christi ad Inferos.*

QUEMADMODUM Christus pro nobis mortuus est, et sepultus, ita est etiam credendus ad Inferos descendisse.

IV. *De Resurrectione Christi.*

CHRISTUS vere a mortuis resurrexit; suumque corpus, cum carne, ossibus, omnibusque ad integritatem humanæ naturæ pertinentibus, recepit: cum quibus in cœlum ascendit, ibique residet, quoad, extremo die, ad judicandos homines reversurus sit.

V. *De Spiritu Sancto.*

SPIRITUS Sanctus, a Patre et Filio procedens, ejusdem est cum Patre et Filio essentiæ, majestatis, et gloriæ, verus ac æternus Deus.

VI. *De divinis Scripturis, quod sufficiant ad salutem.*

SCRIPTURA sacra continet omnia, quæ ad salutem sunt necessaria, ita ut quicquid in ea nec legitur, neque inde probari potest, non sit a quoquam exigendum, ut tanquam articulus fidei credatur, aut ad salutis necessitatem requiri putetur.

Sacræ Scripturæ nomine, eos Canonicos libros Veteris et Novi Testamenti intelligimus, de quorum auctoritate, in Ecclesia nunquam dubitatum est.

De nominibus, et numero librorum sacræ Canonicæ Scripturæ veteris Testamenti.

Genesis,	*Judicum,*
Exodus,	*Ruth,*
Leviticus,	*Prior liber Samuelis,*
Numeri,	*Secundus liber Samuelis,*
Deuteron.	*Prior liber Regum,*
Josuæ,	*Secundus liber Regum,*
Prior liber Paralipomen.	*Psalmi,*
Secundus liber Paralipomen.	*Proverbia,*
Primus liber Esdræ,	*Ecclesiastes, vel Concionator,*
Secundus liber Esdræ,	*Cantica Salomonis,*
Liber Hester	*Quatuor Prophetæ Majores,*
Liber Job,	*Duodecim Prophetæ Minores.*

Alios autem libros (ut ait *Hieronymus*) legit quidem Ecclesia, ad exempla vitæ, et formandos mores: illos tamen ad dogmata confirmanda non adhibet; ut sunt

Tertius liber Esdræ,	*Canticum trium Puerorum,*
Quartus liber Esdræ,	*Historia Susannæ,*
Liber Tobiæ,	*De Bel et Dracone,*
Liber Judith,	*Oratio Manasses,*
Reliquum libri Hester,	*Prior liber Machabæorum,*
Liber Sapientiæ,	*Secundus liber Machabæorum.*
Liber Jesu, filii Sirach,	
Baruch propheta,	

Novi Testamenti omnes libros (ut vulgo recepti sunt) recipimus, et habemus pro Canonicis.

VII. *De Veteri Testamento.*

TESTAMENTUM Vetus Novo contrarium non est, quandoquidem, tam in veteri, quam in novo, per Christum, (qui unicus est Mediator Dei et hominum, Deus et homo) æterna vita humano generi est proposita. Quare male sentiunt, qui veteres tantum in promissiones temporarias sperasse confingunt. Quanquam lex a Deo data per Mosen (quoad cærimonias et ritus) Christianos non astringat, neque civilia ejus præcepta in aliqua republica necessario recipi debeant; nihilominus tamen ab obedientia mandatorum (quæ moralia vocantur) nullus (quantumvis Christianus) est solutus.

VIII. *De tribus Symbolis.*

SYMBOLA tria, Nicænum, Athanasii, et quod vulgo Apostolorum appellatur, omnino recipienda sunt, et credenda; nam firmissimis Scripturarum testimoniis probari possunt.

IX. *De Peccato Originali.*

PECCATUM originis non est (ut fabulantur Pelagiani) in imitatione Adami situm, sed est vitium, et depravatio naturæ, cujuslibet hominis ex Adamo naturaliter propagati; qua fit, ut ab originali justitia quam longissime distet, ad malum sua natura propendeat, et caro semper adversus spiritum concupiscat; unde, in unoquoque na-

LITURGIA POLYGLOTTA.

Articuli Religionis.

ANGLICANA.

ARTICLES OF RELIGION.

it deserveth God's wrath and damnation. And this infection of nature doth remain, yea in them that are regenerated; whereby the lust of the flesh, called in the Greek, *phronema sarkos*, which some do expound the wisdom, some sensuality, some the affection, some the desire, of the flesh, is not subject to the Law of God. And although there is no condemnation for them that believe and are baptized, yet the Apostle doth confess, that concupiscence and lust hath of itself the nature of sin.

X. *Of Free-Will.*

THE condition of Man after the fall of *Adam* is such, that he cannot turn and prepare himself, by his own natural strength and good works, to faith, and calling upon God. Wherefore we have no power to do good works pleasant and acceptable to God, without the grace of God by Christ preventing us, that we may have a good will, and working with us, when we have that good will.

XI. *Of the Justification of Man.*

WE are accounted righteous before God only for the merit of our Lord and Saviour Jesus Christ by Faith, and not for our own works or deservings: Wherefore, that we are justified by Faith only is a most wholesome Doctrine, and very full of comfort, as more largely is expressed in the Homily of Justification.

XII. *Of Good Works.*

ALBEIT that Good Works, which are the fruits of Faith, and follow after Justification, cannot put away our sins, and endure the severity of God's Judgement; yet are they pleasing and acceptable to God in Christ, and do spring out necessarily of a true and lively Faith: insomuch that by them a lively Faith may be as evidently known as a tree discerned by the fruit.

XIII. *Of Works before Justification.*

WORKS done before the grace of Christ, and the Inspiration of his Spirit, are not pleasant to God, forasmuch as they spring not of faith in Jesus Christ, neither do they make men meet to receive grace, or (as the School-authors say) deserve grace of congruity: yea rather, for that they are not done as God hath willed and commanded them to be done, we doubt not but they have the nature of sin.

XIV. *Of Works of Supererogation.*

VOLUNTARY Works besides, over and above, God's Commandments, which they call Works of Supererogation, cannot be taught without arrogancy and impiety: for by them men do declare, that they do not only render unto God as much as they are bound to do, but that they do more for his sake, than of bounden duty is required: whereas Christ saith plainly, When ye have done all that are commanded to you, say, We are unprofitable servants.

XV. *Of Christ alone without Sin.*

CHRIST in the truth of our nature was made like unto us in all things, sin only except, from which he was clearly void, both in his flesh, and in his spirit. He came to be the Lamb without spot, who, by sacrifice of himself, once made, should take away the sins of the world, and sin, as Saint *John* saith, was not in him. But all we the rest, although baptized, and born again in Christ, yet offend in many things; and if we say we have no sin, we deceive ourselves, and the truth is not in us.

XVI. *Of Sin after Baptism.*

NOT every deadly sin willingly committed after Baptism is sin against the Holy Ghost, and unpardonable. Wherefore the grant of repentance is not to be denied to such as fall into sin after Baptism. After we have received the Holy Ghost, we may depart from grace given, and fall into sin, and by the grace of God we may arise again, and amend our lives. And therefore they are to be condemned, which say, they can no more sin as long as they live here, or deny the place of forgiveness to such as truly repent.

XVII. *Of Predestination and Election.*

PREDESTINATION to life is the everlasting purpose of God, whereby (before the foundations of the world were laid) he hath constantly decreed by his counsel secret to us, to deliver from curse and damnation those whom he hath chosen in Christ out of mankind, and to bring them by Christ to everlasting salvation, as vessels made to honour. Wherefore, they which be endued with so excellent a benefit of God be called according to God's purpose by his Spirit working in due season: they through Grace obey the calling: they be justified freely: they be made sons of God by adoption: they be made like the image of his only-begotten Son Jesus Christ: they walk religiously in good works, and at length, by God's mercy, they attain to everlasting felicity.

As the godly consideration of Predestination, and our Election in Christ, is full of sweet, pleasant, and unspeakable comfort to godly persons, and such as feel in themselves the working of the Spirit of Christ, mortifying the works of the flesh, and their earthly members, and drawing up their mind to high and heavenly things, as well because it doth greatly establish and confirm their faith of eternal Salvation to be enjoyed through Christ, as because it doth fervently kindle their love towards God: So, for curious and carnal persons, lacking the Spirit of Christ, to have continually before their eyes the sentence of God's Predestination, is a most dangerous downfal, whereby the Devil doth thrust them either into desperation, or into wretchlessness of most unclean living, no less perilous than desperation.

Furthermore, we must receive God's promises in such wise, as they be generally set forth to us in holy Scripture: and, in our doings, that Will of God is to be followed, which we have expressly declared unto us in the Word of God.

LATINA.

ARTICULI RELIGIONIS.

scentium, iram Dei, atque damnationem meretur. Manet etiam in renatis hæc naturæ depravatio; qua fit ut affectus carnis (Græce *Φρονημα σαρκος*, quod alii sapientiam, alii sensum, alii affectum, alii studium carnis interpretantur) legi Dei non subjiciatur. Et, quanquam renatis et credentibus nulla, propter Christum, est condemnatio, peccati tamen in sese rationem habere concupiscentiam, fatetur Apostolus.

X. *De libero Arbitrio.*

EA est hominis post lapsum Adæ conditio, ut sese, naturalibus suis viribus et bonis operibus, ad fidem, et invocationem Dei convertere ac præparare non possit. Quare, absque gratia Dei (quæ per Christum est) nos præveniente, ut velimus, et cooperante, dum volumus, ad pietatis opera facienda, quæ Deo grata sunt, et accepta, nihil valemus.

XI. *De Hominis Justificatione.*

TANTUM propter meritum Domini ac Servatoris nostri, Jesu Christi, per fidem, non propter opera et merita nostra, justi coram Deo reputamur. Quare sola fide nos justificari doctrina est saluberrima, ac consolationis plenissima, ut, in Homilia de Justificatione Hominis, fusius explicatur.

XII. *De bonis Operibus.*

BONA opera, quæ sunt fructus fidei, et justificatos sequuntur, quanquam peccata nostra expiare, et divini judicii severitatem ferre non possunt; Deo tamen grata sunt, et accepta in Christo; atque ex vera et viva fide necessario profluunt, ut plane ex illis æque fides viva cognosci possit, atque arbor ex fructu judicari.

XIII. *De Operibus ante Justificationem.*

OPERA, quæ fiunt ante gratiam Christi, et spiritus ejus afflatum, cum ex fide Jesu Christi non prodeant, minime Deo grata sunt, neque gratiam (ut multi vocant) de congruo merentur. Immo, cum non sint facta ut Deus illa fieri voluit et præcepit, peccati rationem habere non dubitamus.

XIV. *De Operibus Supererogationis.*

OPERA, quæ supererogationis appellant, non possunt sine arrogantia et impietate prædicari. Nam illis declarant homines, non tantum se Deo reddere, quæ tenentur, sed plus in ejus gratiam facere, quam deberent; cum aperte Christus dicat: Cum feceritis omnia, quæcunque præcepta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus.

XV. *De Christo, qui solus est sine Peccato.*

CHRISTUS, in nostræ naturæ veritate, per omnia similis factus est nobis, excepto peccato, a quo prorsus erat immunis, tum in carne, tum in spiritu. Venit, ut agnus absque macula esset, qui mundi peccata, per immolationem sui semel factam, tolleret; et peccatum (ut inquit Joannes) in eo non erat: sed nos reliqui, etiam baptizati, et in Christo regenerati, in multis tamen offendimus omnes. Et, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus; et veritas in nobis non est.

XVI. *De Peccato post Baptismum.*

NON omne peccatum mortale, post baptismum voluntarie perpetratum, est peccatum in Spiritum Sanctum, et irremissibile. Proinde lapsis a Baptismo in peccata locus pœnitentiæ non est negandus. Post acceptum Spiritum Sanctum, possumus a gratia data recedere, atque peccare, denuoque per gratiam Dei resurgere, ac resipiscere: ideoque illi damnandi sunt, qui se, quamdiu hic vivant, amplius non posse peccare affirmant, aut vere resipiscentibus veniæ locum denegant.

XVII. *De Prædestinatione, et Electione.*

PRÆDESTINATIO ad vitam est æternum Dei propositum, quo, ante jacta mundi fundamenta, suo consilio, nobis quidem occulto, constanter decrevit, eos, quos in Christo elegit ex hominum genere, a maledicto et exitio liberare, atque (ut vasa in honorem efficta), per Christum, ad æternam salutem adducere. Unde, qui tam præclaro Dei beneficio sunt donati, illi, spiritu ejus opportuno tempore operante, secundum propositum ejus vocantur: vocationi per gratiam parent; justificantur gratis; adoptantur in filios Dei: unigeniti ejus Jesu Christi imagini efficiuntur conformes: in bonis operibus sancte ambulant; et demum, ex Dei misericordia, pertingunt ad sempiternam felicitatem.

Quemadmodum prædestinationis et electionis nostræ in Christo pia consideratio, dulcis, suavis, et ineffabilis consolationis plena est, vere piis, et his qui sentiunt in se vim spiritus Christi, facta carnis, et membra quæ adhuc sunt super terram, mortificantem, animumque ad cœlestia et superna rapientem; tum quia fidem nostram, de æterna salute consequenda per Christum, plurimum stabilit, atque confirmat, tum quia amorem nostrum in Deum vehementer accendit: ita hominibus curiosis, carnalibus, et spiritu Christi destitutis, ob oculos perpetuo versari prædestinationis Dei sententiam, perniciosissimum est præcipitium, unde illos diabolus protrudit, vel in desperationem, vel in æque perniciosam impurissimæ vitæ securitatem.

Proinde promissiones divinas sic amplecti oportet, ut nobis in sacris literis generaliter propositæ sunt; et Dei voluntas in nostris actionibus ea sequenda est, quam in verbo Dei habemus diserte revelatam.

LITURGIA POLYGLOTTA.

Articuli Religionis.

ANGLICANA.

ARTICLES OF RELIGION.

XVIII. *Of obtaining eternal Salvation only by the Name of Christ.*

THEY also are to be had accursed that presume to say, That every man shall be saved by the Law or Sect which he professeth, so that he be diligent to frame his life according to that law, and the light of Nature. For holy Scripture doth set out unto us only the Name of Jesus Christ, whereby men must be saved.

XIX. *Of the Church.*

THE visible Church of Christ is a congregation of faithful men, in the which the pure Word of God is preached, and the Sacraments be duly ministered according to Christ's ordinance in all those things that of necessity are requisite to the same.

As the Church of *Jerusalem*, *Alexandria*, and *Antioch*, have erred; so also the Church of *Rome* hath erred, not only in their living and manner of Ceremonies, but also in matters of Faith.

XX. *Of the Authority of the Church.*

THE Church hath power to decree Rites or Ceremonies, and authority in Controversies of Faith: And yet it is not lawful for the Church to ordain any thing that is contrary to God's Word written, neither may it so expound one place of Scripture, that it be repugnant to another. Wherefore, although the Church be a witness and a keeper of holy Writ, yet, as it ought not to decree any thing against the same, so besides the same ought it not to enforce any thing to be believed for necessity of Salvation.

XXI. *Of the Authority of General Councils.*

GENERAL Councils may not be gathered together without the commandment and will of Princes. And when they be gathered together, (forasmuch as they be an assembly of men, whereof all be not governed with the Spirit and Word of God,) they may err, and sometimes have erred, even in things pertaining unto God. Wherefore things ordained by them as necessary to salvation have neither strength nor authority, unless it may be declared that they be taken out of holy Scripture.

XXII. *Of Purgatory.*

THE Romish Doctrine concerning Purgatory, Pardons, Worshipping and Adoration, as well of Images as of Reliques, and also Invocation of Saints, is a fond thing vainly invented, and grounded upon no warranty of Scripture, but rather repugnant to the Word of God.

XXIII. *Of ministering in the Congregation.*

IT is not lawful for any man to take upon him the office of publick preaching, or ministering the Sacraments in the Congregation, before he be lawfully called, and sent to execute the same. And those we ought to judge lawfully called and sent, which be chosen and called to this work by men who have publick authority given unto them in the Congregation, to call and send Ministers into the Lord's vineyard.

XXIV. *Of speaking in the Congregation in such a tongue as the people understandeth.*

IT is a thing plainly repugnant to the Word of God, and the custom of the Primitive Church, to have publick Prayer in the Church, or to minister the Sacraments in a tongue not understanded of the people.

XXV. *Of the Sacraments.*

SACRAMENTS ordained of Christ be not only badges or tokens of Christian men's profession, but rather they be certain sure witnesses, and effectual signs of grace, and God's good will towards us, by the which he doth work invisibly in us, and doth not only quicken, but also strengthen and confirm our Faith in him.

There are two Sacraments ordained of Christ our Lord in the Gospel, that is to say, Baptism, and the Supper of the Lord.

Those five commonly called Sacraments, that is to say, Confirmation, Penance, Orders, Matrimony, and Extreme Unction, are not to be counted for Sacraments of the Gospel, being such as have grown partly of the corrupt following of the Apostles, partly are states of life allowed in the Scriptures; but yet have not like nature of Sacraments with Baptism, and the Lord's Supper, for that they have not any visible sign or ceremony ordained of God.

The Sacraments were not ordained of Christ to be gazed upon, or to be carried about, but that we should duly use them. And in such only as worthily receive the same they have a wholesome effect or operation: but they that receive them unworthily purchase to themselves damnation, as Saint *Paul* saith.

XXVI. *Of the Unworthiness of the Ministers, which hinders not the effect of the Sacrament.*

ALTHOUGH in the visible Church the evil be ever mingled with the good, and sometimes the evil have chief authority in the Ministration of the Word and Sacraments, yet forasmuch as they do not the same in their own name, but in Christ's, and do minister by his commission and authority, we may use their Ministry, both in hearing the Word of God, and in receiving of the Sacraments. Neither is the effect of Christ's ordinance taken away by their wickedness, nor the grace of God's gifts diminished from such as by faith and rightly do receive the Sacraments ministered unto them; which be effectual, because of Christ's institution and promise, although they be ministered by evil men.

Nevertheless, it appertaineth to the discipline of the Church, that enquiry be made of evil Ministers, and that they be accused by those that have knowledge of their offences; and finally being found guilty, by just judgement be deposed.

XXVII. *Of Baptism.*

BAPTISM is not only a sign of profession, and mark of difference, whereby Christian men are discerned from others that be not

LATINA.

ARTICULI RELIGIONIS.

XVIII. *De speranda æterna Salute tantum in Nomine Christi.*

SUNT et illi anathematizandi, qui dicere audent unumquemque, in lege aut secta quam profitetur, esse servandum, modo juxta illam, et lumen naturæ, accurate vixerit, cum sacræ literæ tantum Jesu Christi nomen prædicent, in quo salvos fieri homines oporteat.

XIX. *De Ecclesia.*

ECCLESIA Christi visibilis est cœtus fidelium, in quo verbum Dei purum prædicatur, et sacramenta (quoad ea quæ necessario exigantur) juxta Christi institutum recte administrantur. Sicut erravit Ecclesia Hierosolymitana, Alexandrina, et Antiochena; ita et erravit Ecclesia Romana, non solum quoad agenda, et cærimoniarum ritus, verum in iis etiam quæ credenda sunt.

XX. *De Ecclesiæ Auctoritate.*

HABET Ecclesia ritus sive cærimonias statuendi jus, et in fidei controversiis auctoritatem; quamvis Ecclesiæ non licet quidquam instituere, quod verbo Dei scripto adversetur; nec unum scripturæ locum sic exponere potest, ut alteri contradicat. Quare, licet Ecclesia sit divinorum librorum testis et conservatrix; attamen, ut adversus eos nihil decernere, ita, præter illos, nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.

XXI. *De Auctoritate Conciliorum generalium.*

GENERALIA concilia, sine jussu et voluntate principum, congregari non possunt; et, ubi convenerint, quia ex hominibus constant, qui non omnes spiritu et verbo Dei reguntur, et errare possunt, et interdum erraruut, etiam in his quæ ad Deum pertinent: ideoque, quæ ab illis constituuntur, ut ad salutem necessaria, neque robur habent, neque auctoritatem, nisi ostendi possint e sacris literis esse desumpta.

XXII. *De Purgatorio.*

DOCTRINA Romanensium de purgatorio, de indulgentiis, de veneratione et adoratione, tum imaginum, tum reliquiarum, necnon de invocatione Sanctorum, res est futilis, inaniter conficta; et nullis Scripturarum testimoniis innititur: immo verbo Dei contradicit.

XXIII. *De Ministrando in Ecclesia.*

NON licet cuiquam sumere sibi munus publice prædicandi, aut administrandi Sacramenta in Ecclesia, nisi prius fuerit ad hæc obeunda legitime vocatus et missus. Atque illos legitime vocatos et missos existimare debemus, qui per homines, quibus potestas vocandi ministros, atque mittendi in vineam Domini, publice concessa est in Ecclesia, co-optati fuerint, et adsciti in hoc opus.

XXIV. *De loquendo in Ecclesia Lingua quam populus intelligit.*

LINGUA populo non intellecta publicas in Ecclesia preces peragere, aut Sacramenta administrare, verbo Dei, et primitivæ Ecclesiæ consuetudini, plane repugnat.

XXV. *De Sacramentis.*

SACRAMENTA, a Christo instituta, non tantum sunt notæ professionis Christianorum, sed certa quædam potius testimonia, et efficacia signa gratiæ, atque bonæ in nos voluntatis Dei, per quæ invisibiliter ipse in nos operatur, nostramque fidem in se non solum excitat, verum etiam confirmat.

Duo a Christo Domino nostro in Evangelio instituta sunt Sacramenta, scilicet Baptismus, et Cœna Domini.

Quinque illa, vulgo nominata Sacramenta, scilicet, Confirmatio, Pœnitentia, Ordo, Matrimonium, et Extrema Unctio, pro Sacramentis Evangelicis habenda non sunt, ut quæ partim a prava Apostolorum imitatione profluxerunt, partim vitæ status sunt, in Scripturis quidem probati; sed Sacramentorum eandem cum Baptismo et Cœna Domini rationem non habent, ut quæ signum aliquod visibile, seu cærimoniam, a Deo institutam, non habeant.

Sacramenta non in hoc instituta sunt a Christo, ut spectarentur, aut circumferrentur, sed ut rite illis uteremur; et, in iis duntaxat qui digne percipiunt, salutarem habent effectum. Qui vero indigne percipiunt, damnationem (ut inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.

XXVI. *De Vi Institutionum divinarum, quod eam non tollat Malitia Ministrorum.*

QUAMVIS, in Ecclesia visibili, bonis mali semper sint admixti, atque interdum ministerio verbi et Sacramentorum administrationi præsint: tamen, cum non suo, sed Christi nomine agant, ejusque mandato et auctoritate ministrent, illorum ministerio uti licet, cum in verbo Dei audiendo, tum in Sacramentis percipiendis. Neque, per illorum malitiam, effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur, quoad eos qui fide et rite sibi oblata percipiunt; quæ, propter institutionem Christi et promissionem, efficacia sunt, licet per malos administrentur.

Ad Ecclesiæ tamen disciplinam pertinet, ut in malos ministros inquiratur, accusenturque ab his, qui eorum flagitia noverint, atque tandem, justo convicti judicio, deponantur.

XXVII. *De Baptismo.*

BAPTISMUS non est tantum professionis signum, ac discriminis nota, qua Christiani a non Christianis discernantur; sed etiam

LITURGIA POLYGLOTTA.

Articuli Religionis.

ANGLICANA.

ARTICLES OF RELIGION.

christened, but it is also a sign of Regeneration or new Birth, whereby, as by an instrument, they that receive Baptism rightly are grafted into the Church; the promises of forgiveness of sin, and of our adoption to be the sons of God by the Holy Ghost, are visibly signed and sealed: Faith is confirmed, and Grace increased by virtue of prayer unto God. The Baptism of young Children is in any wise to be retained in the Church, as most agreeable with the institution of Christ.

XXVIII. *Of the Lord's Supper.*

THE Supper of the Lord is not only a sign of the love that Christians ought to have among themselves one to another; but rather is a Sacrament of our Redemption by Christ's death: insomuch that to such as rightly, worthily, and with faith, receive the same, the Bread which we break is a partaking of the Body of Christ; and likewise the Cup of Blessing is a partaking of the Blood of Christ.

Transubstantiation (or the change of the substance of Bread and Wine) in the Supper of the Lord, cannot be proved by holy Writ; but is repugnant to the plain words of Scripture, overthroweth the nature of a Sacrament, and hath given occasion to many superstitions.

The Body of Christ is given, taken, and eaten, in the Supper, only after an heavenly and spiritual manner. And the mean whereby the Body of Christ is received and eaten in the Supper is Faith.

The Sacrament of the Lord's Supper was not by Christ's ordinance reserved, carried about, lifted up, or worshipped.

XXIX. *Of the Wicked which eat not the Body of Christ in the use of the Lord's Supper.*

THE Wicked, and such as be void of a lively faith, although they do carnally and visibly press with their teeth (as Saint *Augustine* saith) the Sacrament of the Body and Blood of Christ, yet in no wise are they partakers of Christ: but rather, to their condemnation, do eat and drink the sign or Sacrament of so great a thing.

XXX. *Of both kinds.*

THE Cup of the Lord is not to be denied to the Lay-people: for both the parts of the Lord's Sacrament, by Christ's ordinance and commandment, ought to be ministered to all Christian men alike.

XXXI. *Of the one Oblation of Christ finished upon the Cross.*

THE Offering of Christ once made is that perfect redemption, propitiation, and satisfaction, for all the sins of the whole world, both original and actual; and there is none other satisfaction for sin, but that alone. Wherefore the sacrifices of Masses, in the which it was commonly said, that the Priest did offer Christ for the quick and the dead, to have remission of pain or guilt, were blasphemous fables, and dangerous deceits.

XXXII. *Of the Marriage of Priests.*

BISHOPS, Priests, and Deacons, are not commanded by God's Law, either to vow the estate of single life, or to abstain from marriage: therefore it is lawful for them, as for all other Christian men, to marry at their own discretion, as they shall judge the same to serve better to godliness.

XXXIII. *Of excommunicate Persons, how they are to be avoided.*

THAT person which by open denunciation of the Church is rightly cut off from the unity of the Church, and excommunicated, ought to be taken of the whole multitude of the faithful, as an Heathen and Publican, until he be openly reconciled by penance, and received into the Church by a Judge that hath authority thereunto.

XXXIV. *Of the Traditions of the Church.*

IT is not necessary that Traditions and Ceremonies be in all places one, and utterly like; for at all times they have been divers, and may be changed according to the diversities of countries, times, and men's manners, so that nothing be ordained against God's Word. Whosoever through his private judgment, willingly and purposely, doth openly break the traditions and ceremonies of the Church, which be not repugnant to the Word of God, and be ordained and approved by common authority, ought to be rebuked openly, (that others may fear to do the like,) as he that offendeth against the common order of the Church, and hurteth the authority of the Magistrate, and woundeth the consciences of the weak brethren.

Every particular or national Church hath authority to ordain, change, and abolish, ceremonies or rites of the Church ordained only by man's authority, so that all things be done to edifying.

XXXV. *Of the Homilies.*

THE second Book of Homilies, the several titles whereof we have joined under this Article, doth contain a godly and wholesome Doctrine, and necessary for these times, as doth the former Book of Homilies, which were set forth in the time of *Edward* the Sixth; and therefore we judge them to be read in Churches by the Ministers, diligently and distinctly, that they may be understanded of the people.

Of the Names of the Homilies.

1 *OF the right Use of the Church.*
2 *Against peril of Idolatry.*
3 *Of repairing and keeping clean of Churches.*
4 *Of good Works: first of Fasting.*
5 *Against Gluttony and Drunkenness.*
6 *Against Excess of Apparel.*
7 *Of Prayer.*
8 *Of the Place and Time of Prayer.*
9 *That Common Prayers and Sacraments ought to be ministered in a known tongue.*
10 *Of the reverend estimation of God's Word.*
11 *Of Alms-doing.*
12 *Of the Nativity of Christ.*
13 *Of the Passion of Christ.*
14 *Of the Resurrection of Christ.*
15 *Of the worthy receiving of the Sacrament of the Body and Blood of Christ.*
16 *Of the Gifts of the Holy Ghost.*

LATINA.

ARTICULI RELIGIONIS.

est signum regenerationis, per quod, tanquam per instrumentum, recte baptismum suscipientes, Ecclesiæ inseruntur; promissiones de remissione peccatorum, atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum Sanctum, visibiliter obsignantur, fides confirmatur, et vi divinæ invocationis gratia augetur.

Baptismus parvulorum omnino in Ecclesia retinendus est, ut qui cum Christi institutione optime congruat.

XXVIII. *De Cœna Domini.*

CŒNA Domini non est tantum signum mutuæ benevolentiæ Christianorum inter sese; verum potius est Sacramentum nostræ, per mortem Christi, redemptionis.

Atque adeo, rite, digne, et cum fide sumentibus, panis, quem frangimus, est communicatio corporis Christi: similiter poculum benedictionis est communicatio sanguinis Christi.

Panis et vini Transubstantiatio in Eucharistia ex sacris literis probari non potest: sed apertis Scripturæ verbis adversatur; Sacramenti naturam evertit, et multarum superstitionum dedit occasionem.

Corpus Christi datur, accipitur, et manducatur, in Cœna, tantum cœlesti et spirituali ratione. Medium autem, quo corpus Christi accipitur et manducatur in Cœna, fides est.

Sacramentum Eucharistiæ, ex institutione Christi, non servabatur, circumferebatur, elevabatur, nec adorabatur.

XXIX. *De Manducatione Corporis Christi, et impios illud non manducare.*

IMPII, et fide viva destituti, licet carnaliter et visibiliter (ut Augustinus loquitur) corporis et sanguinis Christi Sacramentum dentibus premant, nullo tamen modo Christi participes efficiuntur. Sed potius tantæ rei Sacramentum, seu symbolum, ad judicium sibi manducant et bibunt.

XXX. *De utraque Specie.*

CALIX Domini laïcis non est denegandus. Utraque enim pars Dominici Sacramenti, ex Christi institutione et præcepto, omnibus Christianis ex æquo administrari debet.

XXXI. *De unica Christi Oblatione in Cruce perfecta.*

OBLATIO Christi, semel facta, perfecta est redemptio, propitiatio, et satisfactio pro omnibus peccatis totius mundi, tam originalibus, quam actualibus. Neque, præter illam unicam, est ulla alia pro peccatis expiatio; unde Missarum sacrificia, quibus, vulgo dicebatur, sacerdotem offerre Christum in remissionem pœnæ aut culpæ, pro vivis et defunctis, blasphema figmenta sunt, et perniciosæ imposturæ.

XXXII. *De Conjugio Sacerdotum.*

EPISCOPIS, presbyteris, et diaconis, nullo mandato divino præceptum est, ut aut cœlibatum voveant, aut a matrimonio abstineant. Licet igitur etiam illis, ut cæteris omnibus Christianis, ubi hoc ad pietatem magis facere judicaverint, pro suo arbitratu matrimonium contrahere.

XXXIII. *De Excommunicatis vitandis.*

QUI per publicam Ecclesiæ denuntiationem rite ab unitate Ecclesiæ præcisus est, et excommunicatus, is ab universa fidelium multitudine (donec per pœnitentiam publice reconciliatus fuerit arbitrio judicis competentis) habendus est tanquam ethnicus et publicanus.

XXXIV. *De Traditionibus Ecclesiasticis.*

TRADITIONES atque cærimonias easdem non omnino necessarium est esse ubique, aut prorsus consimiles. Nam et variæ semper fuerunt, et mutari possunt, pro regionum, temporum, et morum diversitate, modo nihil contra verbum Dei instituatur.

Traditiones et cærimonias Ecclesiasticas, quæ cum verbo Dei non pugnant, et sunt auctoritate publica institutæ atque probatæ, quisquis privato consilio, volens, et data opera, publice violaverit, is, ut qui peccat in publicum ordinem Ecclesiæ, quique lædit auctoritatem magistratus, et qui infirmorum fratrum conscientias vulnerat, publice, ut cæteri timeant, arguendus est.

Quælibet Ecclesia particularis, sive nationalis, auctoritatem habet instituendi, mutandi, aut abrogandi cærimonias, aut ritus Ecclesiasticos, humana tantum auctoritate institutos, modo omnia ad ædificationem fiant.

XXXV. *De Homiliis.*

TOMUS secundus Homiliarum, quarum singulos titulos huic articulo subjunximus, continet piam et salutarem doctrinam, et his temporibus necessariam, non minus quam prior tomus Homiliarum, quæ editæ sunt tempore Edvardi sexti: itaque eas in Ecclesiis per ministros diligenter, et clare, ut a populo intelligi possint, recitandas esse judicavimus.

De Nominibus Homiliarum.

OF the right use of the Church.
Against peril of Idolatry.
Of repairing and keeping clean of Churches.
Of good Works: first of Fasting.
Against Gluttony and Drunkenness.
Against Excess of Apparel.
Of Prayer.
Of the Place and Time of Prayer.
That Common Prayers and Sacraments ought to be ministered in a known Tongue.
Of the reverent Estimation of God's Word.
Of Alms-doing.
Of the Nativity of Christ.
Of the Passion of Christ.
Of the Resurrection of Christ.
Of the worthy receiving of the Sacrament of the Body and Blood of Christ.
Of the Gifts of the Holy Ghost.

LITURGIA POLYGLOTTA.

Articuli Religionis.

ANGLICANA.

ARTICLES OF RELIGION.

17 *For the Rogation-days.*
18 *Of the state of Matrimony.*
19 *Of Repentance.*
20 *Against Idleness.*
21 *Against Rebellion.*

XXXVI. *Of Consecration of Bishops and Ministers.*

THE Book of Consecration of Archbishops and Bishops, and Ordering of Priests and Deacons, lately set forth in the time of *Edward* the Sixth, and confirmed at the same time by authority of Parliament, doth contain all things necessary to such Consecration and Ordering: neither hath it any thing, that of itself is superstitious and ungodly. And therefore whosoever are consecrated or ordered according to the Rites of that Book, since the second year of the forenamed King *Edward* unto this time, or hereafter shall be consecrated or ordered according to the same Rites; we decree all such to be rightly, orderly, and lawfully consecrated and ordered.

XXXVII. *Of the Civil Magistrates.*

THE King's Majesty hath the chief power in this Realm of *England*, and other his Dominions, unto whom the chief Government of all Estates of this Realm, whether they be Ecclesiastical or Civil, in all causes doth appertain, and is not, nor ought to be, subject to any foreign Jurisdiction.

Where we attribute to the King's Majesty the chief government, by which Titles we understand the minds of some slanderous folks to be offended; we give not to our Princes the ministering either of God's Word, or of the Sacraments, the which thing the Injunctions also lately set forth by *Elizabeth* our Queen do most plainly testify; but that only prerogative, which we see to have been given always to all godly Princes in holy Scriptures by God himself; that is, that they should rule all states and degrees committed to their charge by God, whether they be Ecclesiastical or Temporal, and restrain with the civil sword the stubborn and evil doers.

The Bishop of *Rome* hath no jurisdiction in this Realm of *England*.

The Laws of the Realm may punish Christian men with death, for heinous and grievous offences.

It is lawful for Christian men, at the commandment of the Magistrate, to wear weapons, and serve in the wars.

XXXVIII. *Of Christian men's Goods, which are not common.*

THE Riches and Goods of Christians are not common, as touching the right, title, and possession of the same, as certain Anabaptists do falsely boast. Notwithstanding, every man ought, of such things as he possesseth, liberally to give alms to the poor, according to his ability.

XXXIX. *Of a Christian man's Oath.*

AS we confess that vain and rash swearing is forbidden Christian men by our Lord Jesus Christ, and *James* his Apostle, so we judge, that Christian Religion doth not prohibit, but that a man may swear when the Magistrate requireth, in a cause of faith and charity, so it be done according to the Prophet's teaching, in justice, judgement, and truth.

THE RATIFICATION.

THIS Book of Articles before rehearsed, is again approved, and allowed to be holden and executed within the Realm, by the assent and consent of our Sovereign Lady *ELIZABETH*, by the grace of God, of England, France, and Ireland, Queen, Defender of the Faith, &c. Which Articles were deliberately read, and confirmed again by the subscription of the hands of the Archbishops and Bishops of the Upper-house, and by the subscription of the whole Clergy of the Nether-house in their Convocation, in the Year of our Lord 1571.

A TABLE OF THE ARTICLES.

1. *OF Faith in the Holy Trinity.*
2. *Of Christ the Son of God.*
3. *Of his going down into Hell.*
4. *Of his Resurrection.*
5. *Of the Holy Ghost.*
6. *Of the Sufficiency of the Scripture.*
7. *Of the Old Testament.*
8. *Of the Three Creeds.*
9. *Of Original or Birth-sin.*
10. *Of Free-will.*
11. *Of Justification.*
12. *Of Good Works.*
13. *Of Works before Justification.*
14. *Of Works of Supererogation.*
15. *Of Christ alone without Sin.*
16. *Of Sin after Baptism.*
17. *Of Predestination and Election.*
18. *Of Obtaining Salvation by Christ.*
19. *Of the Church.*
20. *Of the Authority of the Church.*
21. *Of the Authority of General Councils.*
22. *Of Purgatory.*
23. *Of Ministering in the Congregation.*
24. *Of speaking in the Congregation.*
25. *Of the Sacraments.*
26. *Of the Unworthiness of Ministers.*
27. *Of Baptism.*
28. *Of the Lord's Supper.*
29. *Of the Wicked, which eat not the Body of Christ.*
30. *Of both kinds.*
31. *Of Christ's one Oblation.*
32. *Of the Marriage of Priests.*
33. *Of excommunicate Persons.*
34. *Of the Traditions of the Church.*
35. *Of the Homilies.*
36. *Of Consecrating of Ministers.*
37. *Of Civil Magistrates.*
38. *Of Christian men's Goods.*
39. *Of a Christian man's Oath.*
The Ratification.

LATINA.

ARTICULI RELIGIONIS.

For the Rogation days.
Of the State of Matrimony.
Of Repentance.
Against Idleness.
Against Rebellion.

XXXVI. *De Episcoporum et Ministrorum Consecratione.*

LIBELLUS de Consecratione Archiepiscorum et Episcoporum, et de Ordinatione Presbyterorum et Diaconorum, editus nuper temporibus *Edvardi* VI. et auctoritate Parliamenti illis ipsis temporibus confirmatus, omnia ad ejusmodi consecrationem et ordinationem necessaria continet; et nihil habet, quod, ex se, sit aut superstitiosum, aut impium. Itaque, quicunque juxta ritus illius libri consecrati aut ordinati sunt, ab anno secundo prædicti regis *Edvardi*, usque ad hoc tempus, aut in posterum juxta eosdem ritus consecrabuntur, aut ordinabuntur, rite atque ordine, atque legitime, statuimus esse, et fore, consecratos et ordinatos.

XXXVII. *De civilibus Magistratibus.*

REGIA Majestas in hoc Angliæ regno, ac cæteris ejus dominiis, summam habet potestatem, ad quam omnium statuum hujus regni, (sive illi Ecclesiastici sint, sive civiles) in omnibus causis, suprema gubernatio pertinet: et nulli externæ jurisdictioni est subjecta, nec esse debet.

Cum Regiæ Majestati summam gubernationem tribuimus, (quibus titulis intelligimus, animos quorundam calumniatorum offendi) non damus Regibus nostris aut verbi Dei, aut Sacramentorum, administrationem; quod etiam Injunctiones, ab *Elizabetha* Regina nostra nuper editæ, apertissime testantur: sed eam tantum prærogativam, quam in sacris Scripturis, a Deo ipso, omnibus piis Principibus videmus semper fuisse attributam; hoc est, ut omnes status atque ordines, fidei suæ a Deo commissos, (sive illi Ecclesiastici sint, sive civiles) in officio contineant; et contumaces ac delinquentes gladio civili coerceant.

Romanus pontifex nullam habet jurisdictionem in hoc regno Angliæ.

Leges regni possunt Christianos, propter capitalia et gravia crimina, morte punire.

Christianis licet, ex mandato magistratus, arma portare, et justa bella administrare.

XXXVIII. *De illicita Bonorum Communicatione.*

FACULTATES et bona Christianorum non sunt communia, quoad jus et possessionem, ut quidam Anabaptistæ falso jactant. Debet tamen quisque, de his quæ possidet, pro facultatum ratione, pauperibus eleemosynas benigne distribuere.

XXXIX. *De Jurejurando.*

QUEMADMODUM juramentum vanum et temerarium a Domino nostro Jesu Christo, et Apostolo ejus Jacobo, Christianis hominibus interdictum esse fatemur: ita Christianorum Religionem minime prohibere censemus, quin, jubente magistratu, in causa fidei et caritatis jurare liceat, modo id fiat juxta Prophetæ doctrinam, in justitia, in judicio, et veritate.

CONFIRMATIO ARTICULORUM.

HIC liber antedictorum Articulorum jam denuo approbatus est, per assensum et consensum Serenissimæ Reginæ *Elizabethæ*, Dominæ nostræ, Dei gratia, Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ Reginæ, defensoris fidei, &c. retinendus, et per totum Regnum Angliæ exsequendus. Qui Articuli et lecti sunt, et denuo confirmati, subscriptione D. Archiepiscopi et Episcoporum superioris domus, et totius Cleri inferioris domus, in Convocatione, Anno Domini, 1571.

INDEX ARTICULORUM.

1. *DE Fide in sacro-sanctam Trinitatem.*
2. *De Verbo, sive Filio Dei, qui verus homo factus est.*
3. *De Descensu Christi ad Inferos.*
4. *De Resurrectione Christi.*
5. *De Spiritu Sancto.*
6. *De divinis Scripturis, quod sufficiant ad salutem.*
7. *De Veteri Testamento.*
8. *De tribus Symbolis.*
9. *De Peccato Originali.*
10. *De libero Arbitrio.*
11. *De Hominis Justificatione.*
12. *De bonis Operibus.*
13. *De Operibus ante Justificationem.*
14. *De Operibus Supererogationis.*
15. *De Christo, qui solus est sine Peccato.*
16. *De Peccato post Baptismum.*
17. *De Prædestinatione, et Electione.*
18. *De speranda æterna Salute tantum in Nomine Christi.*
19. *De Ecclesia.*
20. *De Ecclesiæ Auctoritate.*
21. *De Auctoritate Conciliorum generalium.*
22. *De Purgatorio.*
23. *De Ministrando in Ecclesia.*
24. *De loquendo in Ecclesia Lingua quam populus intelligit.*
25. *De Sacramentis.*
26. *De Vi Institutionum divinarum, quod eam non tollat Malitia Ministrorum*
27. *De Baptismo.*
28. *De Cœna Domini.*
29. *De Manducatione Corporis Christi, et impios illud non manducare.*
30. *De utraque Specie.*
31. *De unica Christi Oblatione in Cruce perfecta.*
32. *De Conjugio Sacerdotum.*
33. *De Excommunicatis vitandis.*
34. *De Traditionibus Ecclesiasticis.*
35. *De Homiliis.*
36. *De Episcoporum et Ministrorum Consecratione.*
37. *De civilibus Magistratibus.*
38. *De Bonorum Communicatione.*
39. *De Jurejurando.*
Confirmatio Articulorum.

LITURGIA POLYGLOTTA.

Ordinatio Diaconorum.

ANGLICANA.

THE FORM OR MANNER OF
MAKING, ORDAINING, AND CONSECRATING OF
BISHOPS, PRIESTS, AND DEACONS,
ACCORDING TO THE ORDER OF
THE UNITED CHURCH OF ENGLAND AND IRELAND.

THE PREFACE.

"IT is evident unto all men diligently reading the holy Spripture and ancient Authors, "that from the Apostles' time there have been these Orders of Ministers in Christ's "Church; Bishops, Priests, and Deacons. Which Officers were evermore had in such "reverend estimation, that no man might presume to execute any of them, except he "were first called, tried, examined, and known to have such qualities as are requisite "for the same; and also by Publick Prayer, with Imposition of Hands, were approved "and admitted thereunto by lawful Authority. And therefore, to the intent that these "Orders may be continued, and reverently used and esteemed, in the *United Church of "England and Ireland;* no man shall be accounted or taken to be a lawful Bishop, Priest, "or Deacon, in the *United Church of England and Ireland*, or suffered to execute any of "the said Functions, except he be called, tried, examined, and admitted thereunto, ac-"cording to the Form hereafter following, or hath had formerly Episcopal Consecration "or Ordination.

"And none shall be admitted a Deacon, except he be Twenty-three years of age, un-"less he have a Faculty. And every man which is to be admitted a Priest shall be full "Four-and-twenty years old. And every man which is to be ordained or consecrated "Bishop shall be fully Thirty years of age.

"And the Bishop knowing either by himself, or by sufficient testimony, any Person "be a man of virtuous conversation, and without crime; and, after examination and "trial, finding him learned in the Latin Tongue, and sufficiently instructed in holy "Scripture, may at the Times appointed in the Canon, or else, on urgent occasion, upon "some other Sunday or Holy-day, in the face of the Church, admit him a Deacon, in "such Manner and Form as hereafter followeth."

THE FORM AND MANNER
OF
MAKING OF DEACONS.

When the day appointed by the Bishop is come, after Morning Prayer is ended, there shall be a Sermon or Exhortation, declaring the Duty and Office of such as come to be admitted Deacons; how necessary that Order is in the Church of Christ, and also, how the people ought to esteem them in their Office.

First, the Archdeacon, or his Deputy, shall present unto the Bishop (sitting in his chair near to the holy Table) such as desire to be ordained Deacons, (each of them being decently habited,) saying these words,

REVEREND Father in God, I present unto you these persons present, to be admitted Deacons.

The Bishop. Take heed that the persons, whom ye present unto us, be apt and meet, for their learning and godly conversation, to exercise their Ministry duly to the honour of God, and the edifying of his Church.

The Archdeacon shall answer,

I have enquired of them, and also examined them, and think them so to be.

Then the Bishop shall say unto the people:

BRETHREN, if there be any of you who knoweth any impediment, or notable Crime, in any of these persons presented to be ordered Deacons, for the which he ought not to be admitted to that Office, let him come forth in the Name of God, and show what the crime or impediment is.

And if any great Crime or Impediment be objected, the Bishop shall surcease from Ordering that person, until such time as the party accused shall be found clear of that Crime.

Then the Bishop (commending such as shall be found meet to be ordered to the Prayers of the congregation), shall, with the Clergy and people present, sing or say the Litany, with the Prayers as followeth.

The Litany and Suffrages.

O GOD the Father, of heaven: have &c.

[*After the Supplication for Bishops, Priests, and Deacons, and before the Supplication for the Lords of the Council, insert the following.*]

That it may please thee to bless these thy servants, now to be admitted to the Order of Deacons [*or Priests,*] and to pour thy grace upon them; that they may duly execute their Office, to the edifying of thy Church, and the glory of thy holy Name.

We beseech thee to hear us, good Lord.

LATINA.

FORMA ET MODUS
FACIENDI, ORDINANDI, ET CONSECRANDI
EPISCOPOS, PRESBYTEROS, ET DIACONOS,
JUXTA RITUM
ECCLESIÆ ANGLICANÆ.

PRÆFATIO.

CUIVIS sacras Scripturas et veteres Scriptores accurate perlegenti perspicuum est, jam inde a tempore Apostolorum, hosce in Ecclesia Christi Ministrorum Ordines extitisse, Episcopos, Presbyteros, Diaconos. Quæ quidem munia tanti semper tamque reverenter habita sunt, ut nemini unquam jus fasve fuerit ullo eorum fungi, nisi qui prius vocatus, examinatus, et probatus esset, pro eoque habitus, qui dotibus esset idoneis præditus ad illud rite obeundum; idque post approbationem et admissionem a legitima Potestate, cum oratione publica, et manuum impositione. Quapropter, ut iidem sacri Ordines servari, usurpari, reverentiæque debitam in posterum consequi valeant in Ecclesia *Anglicana;* nemo, pro legitimo Episcopo, Presbytero, aut Diacono, habebitur, nec ullo horum munerum fungendi licentiam habebit, nisi qui vocatus, examinatus, probatus, atque admissus ad illa fuerit, juxta sequentem formulam, aut sane Episcopalem Ordinationem, sive Consecrationem, prius habuerit.

Neque quisquam ad Diaconatus Ordinem admittetur, (nisi impetrata Dispensatione) qui non attigerit annum ætatis vicesimum tertium. Siquis autem Presbyter ordinabitur, eum oportebit annum vicesimum quartum complevisse. Annum vero trigesimum superabit omnis ordinandus seu consecrandus in Episcopum.

Episcopus autem, cum vel ipse, aut ex aliorum sufficiente testimonio, compertum habuerit, virum aliquem probe honesteque atque inculpate vitam instituisse, eumque, post examinationem ac probationem, linguam Latinam callere, atque in sacris Scripturis satis eruditum esse, illum, temporibus in Canone præstitutis, aut vero (re ita postulante) aliqua alia Die Dominica aut Feria, poterit ad Diaconatum admittere coram Ecclesia, juxta Modum et Formulam sequentem.

FORMA ET MODUS
ORDINANDI
DIACONOS.

¶ *Die ad hoc ab Episcopo præstituta, post Preces Matutinas, habebitur concio aut exhortatio, qua, quid sit eorum munus atque officium qui sunt ad Diaconatum admittendi, edisseretur; quamque necessarius sit hic Ordo in Ecclesia Christi, ut et quanti eos facere debeat populus in hocce suo munere.*

¶ *Ante omnia, Archidiaconus, aut qui illius vices obibit, Episcopo (in cathedra sedenti juxta mensam Domini) eos, qui in Diaconos cupiunt ordinari, singulos decentem vestem indutos, præsentabit in hæc verba.*

REVERENDE in Christo pater, hos adstantes hic viros tibi trado, ad Diaconatus Officium admittendos.

Episcopus. Vide, ut, quos nobis tradis, viri sint cum doctrina tum moribus idoneis instructi ad ministerium suum rite obeundum, in honorem Dei, et Ecclesiæ ædificationem.

Archidiaconus respondebit:

In eos inquisivi; ipsos etiam examinavi; mihique videntur ita comparati.

Tum Episcopus ad Populum:

FRATRES, si cui vestrum compertum est, quemquam ex hisce viris qui nunc nobis traditi sunt ad Diaconatus Ordinem admittendi, impedimento quopiam teneri, aut notabili aliquo crimine laborare, quominus eum fas sit ad hoc munus admitti; prodeat in Nomine Dei, et illud, quicquid sit criminis aut impedimenti, palam faciat.

¶ *Quod si insigne aliquod crimen aut impedimentum objiciatur, ab illius Ordinatione (cui crimen aut impedimentum ejusmodi fuerit objectum) supersedebit Episcopus, usque dum ab objecto crimine se purgaverit.*

¶ *Tum Episcopus (iis qui digni visi fuerint qui ordinentur, sacri cœtus precibus commendatis) una cum Clero et Populo tum præsente, Litaniam, cum Precibus, cantabit aut recitabit, in hunc modum.*

Litania, et Suffragia.

PATER de cœlis, Deus, miserere nobis,
[*et quæ sequuntur, ut in Liturgia.*]

Ut Episcopos, Presbyteros, et Diaconos, &c.

Ut hisce famulis tuis, ad Diaconatus, [*vel Presbyteratus*] Ordinem nunc admittendis, benedicere, et super eos gratiam tuam effundere digneris; ut munus suum rite obeant, ad Ecclesiæ tuæ ædificationem, et sancti tui Nominis gloriam;

Te rogamus, audi nos, Domine.

LITURGIA POLYGLOTTA.

Ordinatio Diaconorum.

ANGLICANA.

THE ORDERING OF DEACONS.

Let us pray.

O GOD, merciful Father, that despisest not the sighing of a contrite heart, nor the desire of such as be sorrowful; Mercifully assist our prayers that we make before thee in all our troubles and adversities, whensoever they oppress us; and graciously hear us, that those evils, which the craft and subtilty of the devil or man worketh against us, be brought to nought; and by the providence of thy goodness they may be dispersed; that we thy servants, being hurt by no persecutions, may evermore give thanks unto thee in thy holy Church; through Jesus Christ our Lord.

O Lord, arise, help us, and deliver us for thy Name's sake.

O GOD, we have heard with our ears, and our fathers have declared unto us, the noble works that thou didst in their days, and in the old time before them.

O Lord, arise, help us, and deliver us for thine honour.

Glory be to the Father, and to the Son: and to the Holy Ghost;

Answer. As it was in the beginning, is now, and ever shall be: world without end. Amen.

From our enemies defend us, O Christ.

Graciously look upon our afflictions.

Pitifully behold the sorrows of our hearts.

Mercifully forgive the sins of thy people.

Favourably with mercy hear our prayers.

O Son of David, have mercy upon us.

Both now and ever vouchsafe to hear us, O Christ.

Graciously hear us, O Christ; graciously hear us, O Lord Christ.

Priest. O Lord, let thy mercy be shewed upon us;

Answer. As we do put our trust in thee.

Let us pray.

WE humbly beseech thee, O Father, mercifully to look upon our infirmities; and for the glory of thy Name turn from us all those evils that we most righteously have deserved; and grant, that in all our troubles we may put our whole trust and confidence in thy mercy, and evermore serve thee in holiness and pureness of living, to thy honour and glory; through our only Mediator and Advocate, Jesus Christ our Lord. *Amen.*

Then shall be sung or said the Service for the Communion, with the Collect, Epistle, and Gospel, as followeth.

The Collect.

ALMIGHTY God, who by thy Divine Providence hast appointed divers Orders of Ministers in thy Church, and didst inspire thine Apostles to choose into the Order of Deacons the first Martyr Saint Stephen, with others; Mercifully behold these thy servants now called to the like Office and Administration; replenish them so with the truth of thy Doctrine, and adorn them with innocency of life, that, both by word and good example, they may faithfully serve thee in this Office, to the glory of thy Name, and the edification of thy Church; through the merits of our Saviour Jesus Christ, who liveth and reigneth with thee and the Holy Ghost, now and for ever. *Amen.*

The Epistle. 1 Tim. iii. 8, [*to the 13th.*]

Or else this, out of the Sixth of the Acts of the Apostles.

Acts vi. 2, [*to the 7th.*]

And before the Gospel, the Bishop, sitting in his chair, shall cause the Oath of the King's Supremacy, and against the power and authority of all foreign Potentates, to be ministered unto every one of them that are to be Ordered.

The Oath *of the King's Sovereignty.*

I *A. B.* do swear, that I do from my heart abhor, detest, and abjure, as impious and heretical, that damnable Doctrine and Position, That Princes excommunicated or deprived by the Pope, or any Authority of the See of Rome, may be deposed or murdered by their Subjects, or any other whatsoever. And I do declare, that no foreign Prince, Person, Prelate, State, or Potentate, hath, or ought to have, any Jurisdiction, Power, Superiority, Pre-eminence, or Authority, Ecclesiastical or Spiritual, within this Realm. *So help me God.*

Then shall the Bishop examine every one of them that are to be Ordered, in the presence of the people, after this manner following.

DO you trust that you are inwardly moved by the Holy Ghost, to take upon you this Office and Ministration, to serve God for the promoting of his glory, and the edifying of his people?

Answer. I trust so.

The Bishop. Do you think that you are truly called, according to the Will of our Lord Jesus Christ, and the due Order of this Realm, to the Ministry of the Church?

Answer. I think so.

The Bishop. Do you unfeignedly believe all the Canonical Scriptures of the Old and New Testament?

The Answer. I do believe them.

The Bishop. Will you diligently read the same unto the people assembled in the Church where you shall be appointed to serve?

Answer. I will.

The Bishop. It appertaineth to the Office of a Deacon, in the Church where he shall be appointed to serve, to assist the Priest in divine Service, and specially when he ministereth the holy Communion, and to help him in the distribution thereof, and to read holy Scriptures and Homilies in the Church; and to instruct the youth in the Catechism; in the absence of the Priest to baptize infants, and to preach, if he be admitted thereto by the Bishop. And furthermore, it is his Office, where provision is so made, to search for the sick, poor, and impotent people of the Parish, to intimate their estates, names, and places where they dwell, unto the Curate, that by his exhortation they may be relieved with the alms of the Parishioners, or others. Will you do this gladly and willingly?

Answer. I will so do, by the help of God.

The Bishop. Will you apply all your diligence to frame and fashion your own lives, and the lives of your families, according to the Doctrine of Christ; and to make both yourselves and them, as much as in you lieth, wholesome examples of the flock of Christ?

Answer. I will so do, the Lord being my helper.

LATINA.

ORDINATIO DIACONORUM.

Oremus.

DEUS, Pater misericors! qui nec contriti cordis gemitum nec mœrentium affectum despicis, propitius adesto precibus nostris, quas tibi in omnibus afflictionibus et angustiis nostris effundimus, quotiescunque iis premimur: nosque clementer exaudi, ut mala ea omnia evanescant, quæ Diaboli aut hominum artes et insidiæ contra nos moliuntur; et consilio pietatis tuæ dissipentur; ut nos famuli tui, nullis infestationibus læsi, in sancta Ecclesia tua tibi gratias in æternum referamus, per Jesum Christum, Dominum nostrum.

Exsurge, Domine! adjuva nos, et libera nos propter nomen tuum.

DEUS! auribus nostris audivimus, et patres nostri annuntiaverunt nobis, opera admiranda, quæ operatus es in diebus eorum, et in diebus antiquis.

Exsurge, Domine! adjuva nos, et libera nos propter honorem tuum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto;

Responsio. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ab inimicis nostris libera nos, Christe.

Respice clementer afflictiones nostras.

Misericorditer dolorem cordium nostrorum aspice.

Propitius esto peccatis populi tui.

Benigne et cum misericordia audi orationes nostras.

Fili David, miserere nostri.

Et nunc et semper dignare exaudire nos, o Christe.

Christe, exaudi nos clementer: exaudi nos clementer, o Domine, Jesu Christe!

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam;

Sicut speramus in te.

Oremus.

INFIRMITATES nostras, supplices quæsumus, o Pater, benigne respice; et, propter gloriam Nominis tui, mala ea omnia, quæ justissime sumus promeriti, a nobis averte; et præsta, ut, in cunctis adversitatibus nostris, omnem fiduciam nostram in misericordia tua collocemus, et tibi semper in puritate ac sanctitate vitæ serviamus, ad honorem et gloriam tuam, per Mediatorem et Advocatum nostrum unicum, Jesum Christum, Dominum nostrum. Amen.

¶ *Tum cantabitur aut recitabitur Officium sacræ Communionis, cum Collecta, Epistola, et Evangelio, prout sequitur.*

OMNIPOTENS Deus! cujus divina providentia cautum est ut varii sint ministerii ordines in Ecclesia tua constituti, quique Sancti tui Spiritus afflatu in Apostolorum tuorum mentem induxisti, ut S. Stephanum Protomartyrem deligerent, qui, cum aliis, in Diaconorum ordinem cooptaretur; hos famulos tuos, qui jam ad illud ipsum munus ac ministerium vocantur, benigne respice. Eos ita reple doctrinæ tuæ veritate, vitæque innocentia exorna, ut tibi in hoc officio, cum verbis tum probis exemplis, fidelem navent operam, ad nominis tui gloriam, et Ecclesiæ tuæ ædificationem, per merita Servatoris nostri, Jesu Christi, qui, una tecum et cum Spiritu Sancto, vivit et regnat, in infinita sæcula. *Amen.*

Epistola, 1 Tim. iii. 8—13.

Aut hæc, Act. Apost. vi. 2—7.

¶ *Priusquam autem prælegatur Evangelium, Episcopus, sedens in cathedra, Juramentum de Primatu Regis, et contra potestatem et auctoritatem omnium principum exterorum, unicuique ordinando administrandum curabit.*

Jusjurandum de Primatu Regis.

EGO [*N.*] sanctissime dejero, me, ex intimo animi sensu, abominari, detestari, et abjurare (ut impium, scilicet, et hæreticum) exsecrabile illud dogma et effatum, quo fas esse statuitur, ut gentium rectores, a pontifice Romano, vel quavis ecclesiæ Romanæ potestate, excommunicati aut abdicati, imperio dejiciantur vel interficiantur, sive a suis ipsorum subditis, sive ab alio quopiam. Affirmo præterea, et testificor, nullum esse exterum principem, hominem, præsulem, civitatem, vel potestatem, cui ulla, in hoc regno, ecclesiastica vel spiritalis jurisdictio, potentia, majestas, præcellentia, aut dominatio, vel sit vel esse debeat. *Ita me Deus adjuvet.*

¶ *Tum singulos ordinandos, ad hunc modum, coram populo interrogabit:*

NUM persuasum habetis, vos intus Spiritus sancti instinctu moveri, ut hoc munus atque ministerium in vos suscipiatis, operam Deo navaturi, ad illius gloriam, et Ecclesiæ ædificationem promovendam?

Respondebit unusquisque. Ita persuasum habeo.

Episcopus. Num arbitramini, vos vere vocari secundum Domini nostri Jesu Christi voluntatem, et rectam hujus regni constitutionem, ad ministerium Ecclesiæ?

Respondebit. Sic arbitror.

Episcopus. An vos sincere atque ex animo creditis omnes tum Veteris tum Novi Testamenti Scripturas Canonicas?

Respondebit. Eas credo.

Episcopus. Num diligenter eas prælegetis populo congregato in ea Ecclesia, cui ministrandi munus vobis demandabitur?

Respondebit. Diligenter prælegam.

Episcopus. Diaconi officium est, in ea Ecclesia cui ministrandi munus ipsi demandabitur, ut adsit Presbytero sacra peragenti, maxime vero Cœnam Domini celebranti, ut sit adjutor in ea distribuenda. Quin et ipsi incumbit sacram Scripturam, Homiliasque in Ecclesia prælegere; Pueros in doctrina Catechetica instituere; Infantes, absente Presbytero, baptizare; necnon concionari, si ad id fuerit admissus ab Episcopo. Præterea ejus Officii est, ubi ita constitutum fuerit, exquirere ægrotos, pauperes, et infirmos Parochiæ, de eorum statu Parochum certiorem facere, eorumque nomina et domicilia indicare, ut, per illius exhortationem, parochianorum aliorumve eleemosynis subleventur. Estisne hæc omnia alacriter et ex animo præstaturi?

Respondebit. Ea præstaturus sum, juvante Deo.

Episcopus. Num omnem adhibebitis diligentiam, ut vestri familiarumque vestrarum mores ad normam doctrinæ Christi instituantur, utque tum vos tum illos (quantum in vobis erit) Ecclesiæ Christi præbeatis exempla salutaria?

Respondebit. Adhibebo, Domino adjuvante.

LITURGIA POLYGLOTTA.

Ordinatio Diaconorum et Presbyterorum.

ANGLICANA.

THE ORDERING OF DEACONS.

The Bishop. Will you reverently obey your Ordinary, and other chief Ministers of the Church, and them to whom the charge and government over you is committed, following with a glad mind and will their godly admonitions.

Answer. I will endeavour myself, the Lord being my helper.

Then the Bishop laying his hands severally upon the head of every one of them, humbly kneeling before him, shall say,

TAKE thou Authority to execute the Office of a Deacon in the Church of God committed unto thee; In the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. Amen,

Then shall the Bishop deliver to every one of them the New Testament, saying,

TAKE thou Authority to read the Gospel in the Church of God, and to preach the same if thou be thereto licensed by the Bishop himself.

Then one of them, appointed by the Bishop, shall read the Gospel.

S. Luke xii. 35, [*to the* 38*th*.]

Then shall the Bishop proceed in the Communion, and all that are Ordered shall tarry, and receive the holy Communion the same day with the Bishop.

The Communion ended, after the last Collect, and immediately before the Benediction, shall be said these Collects following.

ALMIGHTY God, giver of all good things, who of thy great goodness hast vouchsafed to accept and take these thy servants unto the Office of Deacons in thy Church; Make them, we beseech thee, O Lord, to be modest, humble, and constant in their Ministration, to have a ready will to observe all spiritual Discipline; that they having always the testimony of a good conscience, and continuing ever stable and strong in thy Son Christ, may so well behave themselves in this inferior Office, that they may be found worthy to be called unto the higher Ministries in thy Church; through the same thy Son our Saviour Jesus Christ, to whom be glory and honour world without end. *Amen.*

PREVENT us, O Lord, in all our doings with thy most gracious favour, and further us with thy continual help; that in all our works begun, continued, and ended in thee, we may glorify thy holy Name, and finally by thy mercy obtain everlasting life; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

THE peace of God, which passeth all understanding, keep your hearts and minds in the knowledge and love of God, and of his Son Jesus Christ our Lord: And the blessing of God Almighty, the Father, the Son, and the Holy Ghost, be amongst you, and remain with you always. *Amen.*

And here it must be declared unto the Deacon, that he must continue in that Office of a Deacon the space of a whole year (except for reasonable causes it shall otherwise seem good unto the Bishop) to the intent he may be perfect, and well expert in the things appertaining to the Ecclesiastical

THE ORDERING OF PRIESTS.

Administration. In executing whereof, if he be found faithful and diligent, he may be admitted by his Diocesan to the Order of Priesthood, at the times appointed in the Canon; or else, on urgent occasion, upon some other Sunday, or Holy-day, in the face of the Church, in such Manner and Form as hereafter followeth.

THE FORM AND MANNER OF MAKING OF PRIESTS.

When the day appointed by the Bishop is come, after Morning Prayer is ended, there shall be a Sermon or Exhortation, declaring the Duty and Office of such as come to be admitted Priests; how necessary that Order is in the Church of Christ, and also how the people ought to esteem them in their Office.

First, the Archdeacon, or in his absence, one appointed in his stead, shall present unto the Bishop (sitting in his chair near to the holy Table) all them that shall receive the Order of Priesthood that day, (each of them being decently habited,) and say,

REVEREND Father in God, I present unto you these persons present, to be admitted to the Order of Priesthood.

The Bishop. Take heed that the persons, whom ye present unto us, be apt and meet, for their learning and godly conversation, to exercise their Ministry duly, to the honour of God, and the edifying of his Church.

The Archdeacon shall answer,

I have enquired of them, and also examined them, and think them so to be.

Then the Bishop shall say unto the people:

GOOD people, these are they whom we purpose, God willing, to receive this Day unto the holy Office of Priesthood: For after due examination we find not to the contrary, but that they be lawfully called to their Function and Ministry, and that they be persons meet for the same. But yet if there be any of you, who knoweth any Impediment, or notable Crime, in any of them, for the which he ought not to be received into this holy Ministry, let him come forth in the Name of God, and shew what the Crime or Impediment is.

And if any great Crime or Impediment be objected, the Bishop shall surcease from Ordering that person, until such time as the party accused shall be found clear of that Crime.

Then the Bishop (commending such as shall be found meet to be Ordered to the Prayers of the congregation) shall, with the Clergy and people present, sing or say the Litany, with the Prayers, as is before appointed in the Form of Ordering Deacons; save only, that, in the proper Suffrages there added, the word [Deacons] *shall be omitted, and the word* [Priests] *inserted instead of it.*

Then shall be sung or said the service for the Communion, with the Collect, Epistle, and Gospel, as followeth.

LATINA.

ORDINATIO DIACONORUM ET PRESBYTERORUM.

Episcopus. Num Ordinario vestro reverenter præstabitis obsequium, ut et præcipuis Ecclesiæ ministris, quorum curæ atque regimini subjecti estis, piis eorum admonitionibus alacriter atque ex animo obtemperantes?

Responsio. Dabo operam, Domino adjuvante.

¶ *Tunc Episcopus, unicuique, submisse genibus nixo, imposita in seriem manu, dicet:*

ACCIPE potestatem fungendi officio Diaconi in Ecclesia Dei; quod officium tibi committitur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

¶ *Tum Episcopus unicuique eorum Novi Testamenti volumen tradet, dicens:*

ACCIPE potestatem prælegendi Evangelium in Ecclesia Christi, et illud prædicandi, si ad id fueris admissus ab ipso Episcopo.

¶ *Tunc eorum aliquis, ab Episcopo jussus, leget*

Evangelium, Luc. xii. 35—38.

¶ *Tum Episcopus perget in Officio Communionis; atque omnes Ordinati manebunt, et sacram Synaxim participabunt eodem die, cum Episcopo.*

¶ *Sacra Cœna celebrata, post ultimam Collectam, et immediate ante Benedictionem, quæ sequuntur collectæ recitabuntur.*

OMNIPOTENS Deus, bonorum omnium largitor! qui, pro summa tua indulgentia, hos famulos tuos ad Diaconatus officium in Ecclesia tua assumere dignatus es; da, quæsumus, ut sint modesti, humiles, et in ministerio perseverantes; ut se semper paratos præstent ad omnia disciplinæ spiritalis munia obeunda; utque, bonæ conscientiæ testimonio muniti, et in Christo Filio tuo firmi et corroborati, ita se gerant in hoc inferiori officio, ut digni reperiantur, qui ad superiora Ecclesiæ ministeria admittantur; per eundem Jesum Christum, Filium tuum, Servatorem nostrum, cui gloria sit et honor in infinita sæcula. *Amen.*

ACTIONES nostras singulas, Domine, clementissimo tuo favore præveni, et perpetuo auxilio prosequere; ut, in omnibus operibus nostris, in te inceptis, continuatis, et finitis, sanctum Nomen tuum glorificemus; et tandem, miseratione tua, vitam æternam consequamur; per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

PAX Dei, quæ superat omnem intellectum, conservet corda vestra et mentes vestras in cognitione et amore Dei, et Filii ejus, Jesu Christi, Domini nostri: et favor Omnipotentis Dei, Patris, Filii, et Spiritus Sancti, vobis adsit, semperque vobiscum maneat. *Amen.*

¶ *Hic vero denuntiandum est Diacono, quod debeat manere in illo Diaconi officio per annum integrum, (nisi ob causas idoneas aliter Episcopo visum fuerit) ut perfectam acquirat earum rerum peritiam, quæ ad ecclesiasticam administrationem attinent.*

In qua administratione si fidelem ac diligentem se præstiterit, a Diœcesano poterit ad Presbyteratus ordinem admitti temporibus juxta Canonem constitutis; aut (re ita postulante) alia aliqua Dominica, aut festa die, coram Ecclesia, juxta modum et formam sequentem.

FORMA ET MODUS ORDINANDI PRESBYTEROS.

¶ *Die ab Episcopo præstituta, post Preces Matutinas habebitur concio aut exhortatio, qua, quid sit eorum munus atque officium, qui sunt in Presbyteros ordinandi, ponetur ob oculos, quamque sit necessarius ille ordo in Ecclesia Christi; ut et quanti eos facere debeat populus in hocce suo munere.*

¶ *Ante omnia, Archidiaconus, aut, eo absente, alius ad illius munus obeundum delegatus, Episcopo, in cathedra sedenti juxta Mensam Domini, eos qui illa die sunt ad Presbyteratus ordinem admittendi, singulos decentem vestem indutos, tradet, ac dicet:*

REVERENDE in Christo pater, hos adstantes hic viros tibi trado, ad Presbyteratus ordinem admittendos.

Episcopus. Vide, ut, quos nobis tradis, idonei ac digni sint, cum ob eruditionem, tum ob piam conversationem, qui ministerium suum rite obeant, ad honorem Dei, et Ecclesiæ illius ædificationem.

¶ *Respondebit Archidiaconus:*

In eos inquisivi; eos etiam examinavi; mihique videntur ita comparati.

¶ *Tunc Episcopus dicet Populo:*

AMICI auditores! hi sunt, quos, Deo annuente, in sacrum Presbyteratus ordinem hodie assumere nobis animus est. Quippe, post debitam in eos factam inquisitionem, nihil occurrit, quod impediat quominus ad officium suum atque ministerium rite vocentur, sintque ad illud idonei. Verumtamen, si cui vestrum compertum est, quemquam eorum ullo impedimento teneri, aut aliquo notabili crimine laborare, quominus eos fas sit ad sanctum hoc ministerium admitti; prodeat ille in nomine Dei, et illud, quicquid sit criminis aut impedimenti, palam faciat.

¶ *Tum, si crimen aut impedimentum aliquod insigne objiciatur, illius ordinationi, cui crimen aut impedimentum ejusmodi fuerit objectum, supersedebit Episcopus, usque dum ab objecto crimine se purgaverit.*

¶ *Tum Episcopus (iis qui digni visi fuerint, qui ordinentur, sacri cœtus precibus commendatis) una cum Clero et populo tum præsente, Litaniam cum precibus cantabit aut recitabit, prout habetur in Formula Diaconos ordinandi, excepto, quod, in Suffragio proprio ibi addito, vox* [Diaconatus] *omittetur, in cujus locum subjicietur vox* [Presbyteratus.]

¶ *Tum cantabitur aut recitabitur Officium pro sacra Communione, cum Collecta, Epistola, et Evangelio, prout sequuntur.*

LITURGIA POLYGLOTTA.

Ordinatio Presbyterorum.

ANGLICANA.

THE ORDERING OF PRIESTS.

The Collect.

ALMIGHTY God, giver of all good things, who by thy Holy Spirit hast appointed divers Orders of Ministers in the Church; Mercifully behold these thy servants now called to the Office of Priesthood; and replenish them so with the truth of thy doctrine, and adorn them with innocency of life, that, both by word and good example, they may faithfully serve thee in this Office, to the glory of thy Name, and the edification of thy Church; through the merits of our Saviour Jesus Christ, who liveth and reigneth with thee and the Holy Ghost, world without end. *Amen.*

The Epistle. Ephes. iv. 7, [*to the* 13*th.*]

After this shall be read for the Gospel part of the ninth Chapter of Saint Matthew, [*the* 36 *to* 38*th.*]

Or else this, out of the tenth Chapter of St. John, [*the* 1 *to* 16*th.*]

Then the Bishop, sitting in his chair, shall minister unto every one of them the Oath concerning the King's Supremacy, as it is before set forth in the Form for the Ordering of Deacons.

And that done, he shall say unto them as hereafter followeth.

YOU have heard, Brethren, as well in your private examination, as in the exhortation which was now made to you, and in the holy Lessons taken out of the Gospel, and the writings of the Apostles, of what dignity, and of how great importance this Office is, whereunto ye are called. And now again we exhort you, in the Name of our Lord Jesus Christ, that you have in remembrance, into how high a dignity, and to how weighty an Office and Charge ye are called: that is to say, to be Messengers, Watchmen, and Stewards of the Lord; to teach, and to premonish, to feed and provide for the Lord's family; to seek for Christ's sheep that are dispersed abroad, and for his children who are in the midst of this naughty world, that they may be saved through Christ for ever.

Have always therefore printed in your remembrance, how great a treasure is committed to your charge. For they are the sheep of Christ, which he bought with his death, and for whom he shed his blood. The Church and Congregation whom you must serve is his Spouse, and his Body. And if it shall happen the same Church, or any Member thereof, to take any hurt or hindrance by reason of your negligence, ye know the greatness of the fault, and also the horrible punishment that will ensue. Wherefore consider with yourselves the end of your Ministry towards the children of God, towards the Spouse and Body of Christ; and see that you never cease your labour, your care and diligence, until you have done all that lieth in you, according to your bounden duty, to bring all such as are or shall be committed to your charge, unto that agreement in the faith and knowledge of God, and to that ripeness and perfectness of age in Christ, that there be no place left among you, either for error in religion, or for viciousness in life.

Forasmuch then as your Office is both of so great excellency, and of so great difficulty, ye see with how great care and study ye ought to apply yourselves, as well that ye may shew yourselves dutiful and thankful unto that Lord, who hath placed you in so high a Dignity; as also to beware, that neither you yourselves offend, nor be occasion that others offend. Howbeit, ye cannot have a mind and will thereto of yourselves; for that will and ability is given of God alone: therefore ye ought, and have need, to pray earnestly for his holy Spirit. And seeing that you cannot by any other means compass the doing of so weighty a work, pertaining to the salvation of man, but with doctrine and exhortation taken out of the holy Scriptures, and with a life agreeable to the same; consider how studious ye ought to be in reading and learning the Scriptures, and in framing the manners both of yourselves, and of them that specially pertain unto you, according to the rule of the same Scriptures: and for this self-same cause, how ye ought to forsake and set aside (as much as you may) all worldly cares and studies.

We have good hope that you have well weighed and pondered these things with yourselves long before this time; and that you have clearly determined, by God's grace, to give yourselves wholly to this Office, whereunto it hath pleased God to call you: so that, as much as lieth in you, you will apply yourselves wholly to this one thing, and draw all your cares and studies this way; and that you will continually pray to God the Father, by the Mediation of our only Saviour Jesus Christ, for the heavenly assistance of the Holy Ghost; that, by daily reading and weighing of the Scriptures, ye may wax riper and stronger in your Ministry; and that ye may so endeavour yourselves, from time to time, to sanctify the lives of you and yours, and to fashion them after the Rule and Doctrine of Christ, that ye may be wholesome and godly examples and patterns for the people to follow.

And now, that this present Congregation of Christ here assembled may also understand your minds and wills in these things, and that this your promise may the more move you to do your duties, ye shall answer plainly to these things, which we, in the Name of God, and of his Church, shall demand of you touching the same.

DO you think in your heart, that you be truly called, according to the will of our Lord Jesus Christ, and the order of this Church of *England*, to the Order and Ministry of Priesthood.

Answer. I think it.

The Bishop. Are you persuaded that the holy Scriptures contain sufficiently all Doctrine required of necessity for eternal salvation through faith in Jesus Christ? and are you determined, out of the said Scriptures to instruct the people committed to your charge, and to teach nothing, as required of necessity to eternal salvation, but that which you shall be persuaded may be concluded and proved by the Scripture?

Answer. I am so persuaded, and have so determined by God's grace.

The Bishop. Will you then give your faithful diligence always so to minister the Doctrine and Sacraments, and the Discipline of Christ, as the Lord hath commanded, and as this Church and Realm hath received the same, according to the Com-

LATINA.

ORDINATIO PRESBYTERORUM.

Collecta.

OMNIPOTENS Deus, bonorum omnium largitor! qui, per sanctum tuum Spiritum, varios in Ecclesia ministerii ordines instituisti; hos famulos tuos, ad Presbyteratus officium nunc vocatos, benigne respice; eosque ita reple doctrinæ tuæ veritate, et vitæ innocentia exorna, ut tibi in hoc officio, cum verbis tum probis exemplis, fidelem navent operam, ad nominis tui gloriam, et Ecclesiæ tuæ ædificationem; per merita Servatoris nostri, Jesu Christi, qui, una tecum et cum Spiritu Sancto, vivit, et regnat, in infinita sæcula. *Amen.*

Epistola. Ephes. iv. 7—13.

¶ *Deinde legetur, pro Evangelio, pars capitis noni Evangelii secundum S. Matthæum.*

Evangelium. S. Matth. ix. 36—38.

Aut S. Joan. x. 1—16.

¶ *Tunc Episcopus, sedens in cathedra, Juramentum, de Primatu Regis, eorum unicuique administrabit, prout superius habetur in Formula ordinandi Diaconos.*

¶ *Quo facto, eos affabitur hunc in modum:*

AUDIVISTIS, fratres, tam in privato examine, quam in ea exhortatione quæ jam ad vos habita est, ut et in sacris lectionibus ex Evangelio et scriptis Apostolorum desumptis, quantæ dignitatis quantique momenti sit Officium hoc, ad quod vocamini. Atque vos etiam nunc iterum exhortamur in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut sitis memores, ad quam excelsam dignitatem, et quam grave munus et officium, vocamini; nempe ut sitis nuntii, speculatores, et dispensatores Domini, ad familiam illius instituendam, monendam, et pascendam; ad quærendas oves Christi huc illuc dispersas, ejusque filios inter mundi hujus nequitiam versantes, quo salutem æternam per Christum consequantur.

Memoriæ igitur vestræ semper insideat, quantus thesaurus curæ vestræ committatur. Sunt enim oves Christi, quas morte sua redemit, et propter quas sanguinem suum effudit. Ecclesia et cœtus, cui debetis ministrare, sponsa ejus est, atque corpus: et si, vestra negligentia, damni aliquid aut detrimenti patiatur ea Ecclesia, aut quodpiam illius membrum, nostis culpæ ejusmodi gravitatem, et horribilem pœnam, quæ eam insecutura sit. Quapropter, vobiscum ipsi perpendite, quis sit ministerii vestri finis, quoad filios Dei, et sponsam atque corpus Christi: et attendite, ne sit, in labore, cura, ac diligentia vestra, ulla intermissio, usquedum pro viribus operam dederitis, juxta quod tenemini, ut eos omnes, qui curæ vestræ vel jam committuntur vel sunt deinceps committendi, adducatis ad eum consensum in fide ac cognitione Dei, et ad eam ætatis in Christo maturitatem ac perfectionem, quæ nullum locum relinquat in medio vestri, vel erroribus in religione, vel vitiis in vivendi ratione:

Cum igitur adeo excellens, adeoque difficile sit munus illud vestrum, animadvertitis, quanta diligentia quantoque affectu in illud vobis sit incumbendum, tam ut vos præbeatis obsequentes et gratos erga Dominum, qui vos ad tantam dignitatem evexit, quam ut caveatis, ne aut ipsi Deum offendatis, aut in causa sitis cur alii eum offendant. Quanquam hoc propositum et hanc voluntatem a vobis habere non valetis; siquidem ea voluntas, eaque sufficientia, a solo Deo est. Id igitur officii vobis necessario incumbit, ut a Deo Sanctum ipsius Spiritum obnixe petatis. Quandoquidem vero tantum opus, utpote quod in salute versatur animarum, ad optatum finem aliter perduci nequit, quam doctrina atque exhortationibus ex sacra Scriptura desumptis, una cum vita quæ illis respondeat; perpendite, quam naviter Scripturæ sint vobis legendæ et addiscendæ; quamque diligenter ad normam earumdem Scripturarum exigendi sint mores vestri, et eorum omnium qui vos propius attingunt: eaque ipsa de causa, quam procul a vobis sint amovendæ (quoad fieri poterit) omnes hujus mundi curæ atque sollicitudines.

Speramus, vos hæc jamdiu perpendisse, atque attente apud vos considerasse, planeque statuisse vos totos (Deo juvante) consecrare huic muneri, ad quod ipsi placuit vos vocare: adeo ut (quantum quidem in vobis erit) in hoc unum incumbatis, omnesque curas vestras atque omnia studia impendatis: Deum autem Patrem, per intercessionem unius Servatoris nostri Jesu Christi, indesinenter oretis, ut Spiritus Sancti opem cœlestem consequamini; ut, per continuam lectionem ac meditationem Scripturarum, ad maturitatem ministerii vestri deveniatis, et in eo corroboremini; utque enixe adnitamini in sanctimonia progressus facere, ac præstare ut in eadem progrediantur etiam illi qui vos attingunt aliqua necessitudine, eos instituendo in norma et doctrina Christi, ut sitis exempla pia, et typi salutares, quos populus sequatur atque imitetur.

Jam vero, ut cœtus Christianorum hic congregatus perspectum habeat, quodnam sit propositum vestrum, quæve mens circa ea de quibus nunc agitur, ut promissum, quod estis daturi, vos magis magisque adstringat ad munus vestrum rite obeundum; vos plane, et absque ulla ambiguitate, respondebitis ad quæstiones, quas vobis proponemus in nomine Dei et ejus Ecclesiæ.

SUGGERIT-ne vobis animus, vos vere vocari secundum voluntatem Domini nostri Jesu Christi, et consuetudinem hujus Ecclesiæ Anglicanæ, ad Presbyteratus ordinem et ministerium?

Responsio. Suggerit.

Episcopus. Num persuasum habetis, Scripturis sacris sufficienter contineri omnem doctrinam necessario requisitam ad salutem æternam, per fidem in Jesum Christum? Num etiam apud vos decrevistis ex iisdem Scripturis documenta desumere, quibus populum vobis concreditum instituatis, nec quidquam docere (tanquam necessario ad salutem æternam requisitum), nisi quod persuasum habeatis ex Scripturis posse inferri et probari?

Responsio. Sic persuasum habeo; et sic decrevi, auxiliante Dei gratia.

Episcopus. Num igitur fidelem vestram operam adhibituri estis in doctrina et sacramentis, atque disciplina Christi administrandis, juxta quod præcepit Dominus; et prout in hac Ecclesia, et in hoc regno, receptum est, secundum Dei mandatum;

LITURGIA POLYGLOTTA.

Ordinatio Presbyterorum.

ANGLICANA.

THE ORDERING OF PRIESTS.

mandments of God; so that you may teach the people committed to your Cure and Charge, with all diligence to keep and observe the same?

Answer. I will so do, by the help of the Lord.

The Bishop. Will you be ready, with all faithful diligence, to banish and drive away all erroneous and strange doctrines contrary to God's Word; and to use both publick and private monitions and exhortations, as well to the sick as to the whole, within your Cures, as need shall require, and occasion shall be given?

Answer. I will, the Lord being my helper.

The Bishop. Will you be diligent in Prayers, and in reading of the holy Scriptures, and in such studies as help to the knowledge of the same, laying aside the study of the world and the flesh?

Answer. I will endeavour myself so to do, the Lord being my helper.

The Bishop. Will you be diligent to frame and fashion your own selves, and your families, according to the Doctrine of Christ; and to make both yourselves and them, as much as in you lieth, wholesome examples and patterns to the flock of Christ?

Answer. I will apply myself thereto, the Lord being my helper.

The Bishop. Will you maintain and set forwards, as much as lieth in you, quietness, peace, and love, among all Christian people, and especially among them that are or shall be committed to your charge?

Answer. I will so do, the Lord being my helper.

The Bishop. Will you reverently obey your Ordinary, and other chief Ministers, unto whom is committed the charge and government over you; following with a glad mind and will their godly admonitions, and submitting yourselves to their godly judgments?

Answer. I will so do, the Lord being my helper.

Then shall the Bishop, standing up, say,

ALMIGHTY God, who hath given you this will to do all these things; Grant also unto you strength and power to perform the same; that he may accomplish his work which he hath begun in you; through Jesus Christ our Lord. *Amen.*

After this, the Congregation shall be desired, secretly in their Prayers, to make their humble supplications to God for all these things: for the which Prayers there shall be silence kept for a space.

After which shall be sung or said by the Bishop (the persons to be Ordained Priests all kneeling) Veni, Creator Spiritus; *the Bishop beginning, and the Priests, and others that are present answering by verses, as followeth.*

COME, Holy Ghost, our souls inspire,
And lighten with celestial fire.
Thou the anointing Spirit art,
Who dost thy seven-fold gifts impart,
Thy blessed Unction from above,
Is comfort, life, and fire of love.
Enable with perpetual light
The dulness of our blinded sight.
Anoint and cheer our soiled face
With the abundance of thy grace.
Keep far our foes, give peace at home:
Where thou art guide, no ill can come.
Teach us to know the Father, Son,
And thee, of both, to be but One.
That, through the ages all along,
This may be our endless song:
Praise to thy eternal merit,
Father, Son, and Holy Spirit.

Or this:

COME, Holy Ghost, eternal God,
Proceeding from above,
Both from the Father and the Son,
The God of peace and love;
Visit our minds, into our hearts
Thy heavenly grace inspire;
That truth and godliness we may
Pursue with full desire.
Thou art the very comforter
In grief and all distress;
The heavenly gift of God most high,
No tongue can it express;
The fountain and the living spring
Of joy celestial;
The fire so bright, the love so sweet,
The Unction spiritual.
Thou in thy gifts art manifold,
By them Christ's Church doth stand:
In faithful hearts thou writ'st thy law,
The finger of God's hand.
According to thy promise, Lord,
Thou givest speech with grace;
That thro' thy help God's praises may
Resound in every place.
O Holy Ghost, into our minds
Send down thy heavenly light;
Kindle our hearts with fervent zeal,
To serve God day and night.
Our weakness strengthen and confirm,
(For, Lord, thou know'st us frail;)
That neither devil, world, nor flesh,
Against us may prevail.
Put back our enemy far from us,
And help us to obtain
Peace in our hearts with God and man
(The best, the truest gain;)
And grant that thou being, O Lord,
Our leader and our guide,
We may escape the snares of sin,
And never from thee slide.
Such measures of thy powerful grace
Grant, Lord, to us, we pray;
That thou may'st be our Comforter
At the last dreadful day.
Of strife and of dissention
Dissolve, O Lord, the bands,
And knit the knots of peace and love
Throughout all Christian lands.
Grant us the grace that we may know
The Father of all might,
That we of his beloved Son
May gain the blissful sight;
And that we may with perfect faith
Ever acknowledge thee,
The Spirit of Father, and of Son,
One God in Persons Three.
To God the Father laud and praise,
And to his blessed Son,
And to the Holy Spirit of grace,
Co-equal three in One.
And pray we, that our only Lord
Would please his Spirit to send
On all that shall profess his Name,
From hence to the world's end. Amen.

LATINA.

ORDINATIO PRESBYTERORUM.

ita ut populum curæ munerique vestro commissum docturi sitis, ut ei se submittant, eamque cum omni diligentia observent?

Responsio. Id, Deo favente, diligenter curabo.

Episcopus. Num parati erectique eritis ad propulsandas et amoliendas, omni cum fide atque diligentia, omnes falsas et alienas doctrinas, quæ verbo Dei adversantur; et ad monendum hortandumque, cum privatim tum publice, tam ægrotos quam bene valentes, intra suos quisque fines, pro necessitatis exigentia, proque data occasione?

Responsio. Ero, auxiliante Domino.

Episcopus. Eritisne assidui in orationibus, et in legendis sacris Scripturis, et in iis studiis quæ harum intelligentiam juvare possint, sepositis mundi et carnis studiis?

Responsio. Ea conabor præstare, opitulante mihi Domino.

Episcopus. Num diligentem operam adhibebitis in formandis exornandisque tam vobismet ipsis quam familiis vestris, juxta doctrinam Christi, ut vos ipsos et eas, quantum in vobis erit, exempla bona et typos salutares Ecclesiæ Christi præbeatis?

Responsio. Adhibebo operam, opitulante mihi Domino.

Episcopus. Num fovebitis et promovebitis, pro viribus vestris, quietem, pacem, et caritatem, inter omnes Christianos, inter eos autem potissimum, quorum cura vobis demandatur, aut demandabitur?

Responsio. Hoc præstabo, opitulante mihi Domino.

Episcopus. Num Ordinario vestro reverenter præstabitis obsequium, ut et præcipuis Ecclesiæ ministris, quorum curæ atque regimini subjecti estis; piis eorum admonitionibus alacriter atque ex animo obtemperantes, vosque piis eorum judiciis submittentes?

Responsio. Faciam, opitulante mihi Domino.

¶ *Tum Episcopus, assurgens, dicet:*

DEUS Omnipotens, qui vobis dedit hæc omnia præstare velle, vobis etiam largiatur virtutem ad ea præstanda; ut, quod incepit in vobis, opus suum perficiat, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

¶ *His peractis, cœtus monebitur ut hæc secreto in suis orationibus petat a Deo, ei propterea humillime supplicando. Atque, ut detur locus his precibus, silentium per aliquantum temporis servabitur.*

¶ *Postea cantabitur aut recitabitur ab Episcopo Hymnus,* Veni, Creator Spiritus, *omnibus Ordinandis in genua provolutis; Episcopo præeunte, Presbyteris autem, aliisque qui adsunt, alterne respondentibus.*

VENI, Creator Spiritus!
Mentes tuorum visita;
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui Paracletus diceris,
Donum Dei altissimi;
Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis Unctio.
Tu septiformis munere;
Dextræ Dei tu digitus;
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus;
Infunde amorem cordibus;
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus;
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus, da, Patrem,
Noscamus atque Filium;
Te, utriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
Sit laus Patri cum Filio,
Sancto simul Paracleto;
Nobisque mittat Filius
Charisma Sancti Spiritus. Amen.

¶ *His peractis, Episcopus sic orabit, et dicet:*

Oremus.

